no de peni. diſt. v. cap. Negotium. huiuſcemo
di ſm Durandum noſtrum ⁊ alios doctores:
ſeptem ſunt cura. ſ. rei familiaris. Militia: pro
curatio: adminiſtratio: aduocatio: qđ negotiū
ſm Hoſtienſem omnibus periculoſius eſt. Epi
ſcopatus officium quo nihil miſerabilius ⁊ pe
riculoſius eſt ſi perfunctorie: ideſt negligēter

res agatur vt patet.xl.diſtin. Decretorum cap. Ante omnia dicitur. que proprie ſunt v̄ba Auguſtini ad valerium: lꝫ hec vltima duo ſub procuratione ⁊ adminiſtratione valeant comprehendi. Septimum quoqꝫ negocium mercatio eſt. de qua Leo papa ſic inquit. Qualitas lucri negociantem: aut accuſat aut arguit: quia ⁊ honeſtus eſt queſtus ⁊ turpis. Uerum tamen penitenti vtilius ē diſpēdia pati: q̄ꝫ periculis negociationis aſtringi: q̄a difficile ē int̄ emētis vendētiſqꝫ commertium non interuenire peccatū quia lꝫ de ſe ſit bona: tamen ex aliq̄ circūſtantia de facili maculatur: ſic fuit mercatio iſtorum in templo vēdentium ⁊ ementium q̄ꝺ hoc omnino agere ī templo licitū nō erat. Quāobrem chriſtus de templo omnes eiecit ſicut dicunt verba iſta Intrauit ieſus in templum dei: ⁊ eijciebat omnes vēdentes ⁊ emētes in templo.

bat eos de regno dei.

Feria.iiij. poſt primam dn̄icam quadrageſime Matth.xij.cap.

In illo tp̄e Acceſſert ad ieſū ſcribe ⁊ phariſei dicētes Magiſter volumus a te ſignum videre[a] Qui reſpondēs ait illis. Generatio mala[b] ⁊ adultera[c] ſignum querit[d]: ⁊ ſignum non dabitur ei[e]: niſi ſignum Jone prophete[f]. Sicut enī fuit Jonas[g] in vētre ceti tribus diebus ⁊ trib⁹ noctibus: ſic erit filius hominis in corde terre tribus diebus ⁊ trib⁹ noctib⁹. Uiri niniuite ſurgent in iudicio cuꝫ generatōne iſta[h]: ⁊ condēnabunt eam: quia penitentiam egerunt in predicatione Jone. Et ecce plus q̄ꝫ Jonas hic Regina auſtri[i] ſurget ī iudicio[k] cum generatione iſta ⁊ condemnabit eam: quia venit a finibus terre[l] audire ſapiētiā Salomōis[m]. Et ecce plus q̄ꝫ Salomon hic[n]. Cū autē imūdus[o]

Expoſitio litteralis

a Magiſter volumus a te ſignum videre. non q̄dcūqꝫ ſed de celo. vt habet Luc. xj. cap. Qui reſpondens ait illis.

b Generatio mala: quia ex perſecutoribus prophetarum deſcenderant. c Et adultera: quia patres eorum idolatre fuerunt.

d Signum querit. de celo. e Et ſignū nō dabitur ei: de celeſtibus: quia ſunt indigni propter eorum curioſitatem ⁊ malitiam.

f Niſi ſignum Jone prophete. quaſi diceret terreni ſunt ⁊ infimi. Et ideo de terra ⁊ īfimis ſignum habebunt. Et hoc eſt q̄ꝺ ſubditur.

g Sicut enim fuit Jonas vt patet.

h Uiri niniuite ſurgēt in iudicio cū generatione iſta ⁊c̄. Hic exprimitur eorū condemnatio: q̄a gentiles peccatores egerunt penitentiā ad predicationes prophetarum: ⁊ phariſei obſtinati ſunt in predicatione xp̄i: qui tamē erat dominus prophetarum: ⁊ ideo ex facto illorum apparebit condēnatio iuſta iſtoꝝ. Et hoc eſt q̄ꝺ dicit. Niniuite viri ſurgent ī iudicio ⁊c̄. Hoc ē dictū ex facto eoꝝ apparebit iuſta cōdemnatio iſtorū ſequitur. i Regina auſtri. ideſt regina Sabba de qua habetur .iij. Regum.x.cap. Et dicitur hec Regina auſtri: quia regnum eius eſt in auſtrali parte reſpcū hieruſalem. k Surget in iudicio. hoc eſt ex facto ſuo oſtendetur iſtorum iuſta condēnatio.

l Quia venit a finibus terre. ideſt a longinquis partibus. m Audire ſapientiam Salomonis: quia non fuit ſolum niſi figura xp̄i.

n Et ecce plus q̄ꝫ Salomon hic. ideſt xp̄s preſentialiter poſitus cuius predicationem iudei contempſerunt.

o Cum autem immundus ſpiritus exierit. Hic ponitur eorum excecatio ⁊ poſſeſſio a diabolo: ad cuius euidentiam ſciendum: q̄ poteſtas diaboli fuit eiecta quodammodo a populo iudaico per legis dationem: que excludebat cultum demonum: et inducebat ad colendum vnum deum verum: Et ſic eiectus tranſijt ad poſſidendum plenius gentiles ſine lege: Et Prophetarum oraculis

viuentes:⁊ ideo eos tenebat in idolatria ſubiectos ſed adueniente xp̄i predicatione ⁊ apoſtolorum iudei pro maiori parte fuerunt increduli:gentiles autem deuote fidem xp̄i ⁊ apoſtolorum acceperunt:⁊ ſic diabolus eiectus ab eis per fidem xp̄i reuerſus ē ad poſſidendum populum iudaicum errore excecatum:⁊ ſic facta ſunt nouiſſima huius populi peiora prioribus:q2 ſtat9 populi iudaici : peior ē modo q̄ȝ fuerit a principio ante legem datam: hoc ē ergo quod dicit. a Cum immundus ſpiritus exierit ab homīe i.a populo iudaico viuente ſub lege nature: q2 eiectus eſt per ſuſceptioneꝫ legis moſaice. b Ambulat per loca arida i.corda gentilium. c Querens requiem.i. ipſis perpetuam manſionem. d Et non inuenit:q2 predicantibus apoſtolis inde eiectus fuit. e Tunc dicit reuertar in domum meaꝫ i.iudaicum populum. f Et veniens inuenit eam vacantem.i.fide ⁊ bonis operibus vacuam. g Scopis mundataꝫ.q2 populus iudaicus habebat quādam exteriorem imunditiaꝫ. h Et ornatam propter legis apparentiam. i Tunc vadit ⁊ aſſumit ſeptem ⁊c̄. per hoc ꝙ dicit ſeptem.alios intelligit vniuerſitatem viciorum hoc eſt dictum qđ ante legem datā fuerunt peccatis irretiti:⁊ a diabolo poſſeſſi ſed poſt aduentum xp̄i in peccato ſuo obſtinati ſūt peiores facti:q2 ex ingratitudine peccata eorū ſunt quaſi duplicata ⁊ hoc loquendo quaſi de vno homine dicit per ſimilitudinem intelligatur đ toto populo iudaico:patet per hoc quod dicit.Sic erit gn̄ationi huic peſſime. k Adhuc eo loquente. Hic vltimo ponitur confutatio inſidiantium ipſius infirmitati aſſumpte:⁊ hoc qđ ipſo predicante dixit ei quidaꝫ inſidiator. ꝙ mater ſua ⁊ fratres eius expectabāt euꝫ foris vt ſi propter hoc dimitteret predicatiōeꝫ argueret ipm̄ eſſe purum hominem motū propter affectionem carnalem. Sciendum tn̄ ꝙ hic dicuntur fratres cognati eius germani ſecūduꝫ morem ſcripture que freq̄nter nominat conſanguineos fratres ibi autem illum inſidiatorem confutauit oſtendens ꝙ ſpiritualis occupatio ē carnali affectioni ꝑponēda dicens. Que eſt mater mea quaſi dicat predicatio non eſt interrumpenda ſeu dimittenda. l Et extēdens manuꝫ:quaſi ad proteſtandū veritatē. m Ecce mater mea: q̄ſi dicat in tantum ē mihi aliquis propinquus. In quantum eſt ſpiritualibus acctibns intentus:vt patet.

ſpiritus exierit ab homine[a] ambulat per loca arida[b] querens requieꝫ[c]:⁊ nō inuenit.[d] Tūc dicit reuertar in domū meam[e]:vnde exiui. Et veniens inuenit eaꝫ vacantem[f] ſcopis mundatam[g] ⁊ ornataꝫ[h]. Tunc vadit ⁊ aſſumit ſepteꝫ[i] alios ſpiritus ſecuꝫ nequiores ſe:et intrantes habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominiſ illius peiora prioribus Sic erit generatiōi huic peſſime. Adhuc eo loquente[k] ad turbas: ecce mater eius ⁊ fratres ſtabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam ecce mater tua ⁊ fratres tui foris ſtant querētes te At ipſe reſpōdens dicenti ſibi ait: Que eſt mater mea? ⁊ qui ſūt fratres mei? Et extendēs manuꝫ[l] in diſcipulos ſuos dixit Ecce mater mea[m] ⁊ fratres mei Quicunqꝫ eni fecerit voluntatem pr̄is mei qui in celis eſt ipſe frater meus ⁊ ſoror ⁊ mater eſt.

¶ Expoſitio moralis.

Generatio mala:⁊ adultera ⁊c̄.quia querunt ea que non ſunt ſcibilia:nec ad fideꝫ vel mores vtilia:⁊ ideo non dabitur ei ſignum niſi ſignuꝫ Jone prophete:quem deglutiuit cetus:⁊ ſic deglutit eos diabolus ⁊ deludit. Viri niniuite ꝑ niniuitas ſignificantur peccatores ad vocem predicatoris penitentiā agentes ⁊ per reginaꝫ auſtri ſimplices ſapientiam xp̄i deuote querentes quorum ſalus ſm̄ ſententiam ſaluatoris preponitur ſaluti eorum qui ſunt multum litterati de ſua tantum ſcientia preſumentes. Cum autē immundus ſpiritus exierit ⁊c̄. per iſtum ſignificatur peccator curatus per dei bonitateꝫ ſed propter ingratitudinem ſuam ſequentem dimittitur cadere in hypocriſis prauitatem ⁊ ſic fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribꝰ

q꞉ ſicut dicit hiero.ſimulata ſanctitas duplex
eſt iniquitas. Adhuc eo loquente ad turbas. Ec
ce mater eius ⁊c̄. per hoc autem quod ſaluator
a predicatione non deſtitit꞉propter aduentum
ſue matris ⁊ fratrum ſibi loqui volentium de/
clarauit manifeſte ꝙ opus dei preponendum
eſt negotijs familiarium perſonaruꝫ꞉ per hoc
autem qd̄ ſubditur. Quicūqꝫ fecerit voluntatē
patris mei ⁊c̄. Oſtendit ꝙ propinquitas cha
ritatis preponenda eſt propinquitati conſan/
guinitatis.

¶ Queſtio fratris Antonij betontini. Gene/
ratio mala ⁊ adultera ſignum querit ⁊c̄. Mat.
xij. cap̄.

Ex quibus verbis merito poteſt queri. Utꝝ
mercantie plꝰ valeant qꝫ poſſint licite vendi꞉
vel etiam minus emi. Pro cuius declaratione
interrogationis notandum ex doctrina docto
ris ſubtilis. q. ij. ſuper diſt. x. quarti li. ſententia
ruꝫ. Q꞉ valor quarūcūqꝫ reruꝫ dupliciter ſu/
mi poteſt. Naꝫ vnus naturalis꞉ Reliquus vſua
lis appellatur. Primus eſt ſcd̄ꝫ bonitatē natu/
re in re a domino create ⁊ hoc mō Mus꞉ for/
mica vel pulex pluſqꝫ panis extimatur꞉ cuꝫ illa
animaꝫ habeant꞉ Panis vero anima priuetur
Secundus vero qui dicitur vſualis in reſpectu
ad vſuꝫ noſtruꝫ ſumitur꞉ qm̄ quanto res vſibus
noſtris magis expediunt꞉ tanto amplius valēt
⁊ hoc modo illis. ſ. Muri formice vel pulici.
panem preferimus. Et q꞉ emendi vel venden
di actus ad humane vite vſus ordinātur. ideo
in eis valor venalium reruꝫ ſcd̄o modo ſumi/
tur ⁊ non primo modo. Scd̄o etiaꝫ notandum
eſt꞉ ꝙ hic valor vſualis in re venali triplici/
ter conſiderari poteſt. Primo reſpectu virtuo
ſitatis꞉ quando. ſ. res venalis virtuoſior eſt et
efficatior noſtris vtilitatibus꞉ Secundo reſpe/
ctu raritatis qn̄. ſ. res venales ex raritate꞉ ⁊ ue
niendi difficultate꞉ magis nobis neceſſarie ſūt
ſicut de frumento eſt tempore penurie꞉ qd̄ ma/
iori precio venditur꞉ qꝫ abundantie ⁊ fertilita
tis tempore. Inde eſt ꝙ magis extimatur
aurum vel balſamum qꝫ aqua terra vinum vel
oleum oliuarum꞉ Tertio reſpectu complacibili
tatis꞉ quandō ſcilicet res venalis magis eſt cō
placibilis voluntati noſtre꞉ quomodo appre/
ciatur equus ab armigero ⁊ ornamentuꝫ a mu
liere. Tertio adhuc notandum ꝙ penſatio
valoris vſualium rerum vix aut nunquā a no

bis fieri poteſt꞉ niſi per coniecturaleꝫ꞉ ⁊ proba/
bileꝫ opinioneꝫ. His viſis dicitur ad huius ge/
nerationis male queſituꝫ꞉ ꝙ res ſaluo meliori
iudicio non plus poſſunt licite vendi꞉ vel minꝰ
emi꞉ qꝫ valeant earum penſato valore ad vſum
noſtrum ⁊ ad probabile extimationis huma/
ne iudicium menſurato etiam valore rei infra
limites latitudinis competentis. que quidē la/
titudo iure꞉ conſuetudine꞉ ⁊ diſcretione īnote/
ſcē poteſt. Primo. n. iure ſic innoteſcit꞉ q꞉ ius
determinat quod quando emptor vel vēditor
vltra dimidiū iuſti precij defraudatur contra/
ctus ſit nullus꞉ ⁊ per iudices ſit irritandus. Ta
men ſcd̄m doctorem ſubtilem vbi ſupra. Si in/
fra illud notabilis fraus appareat꞉ eſt correſpō
dens reſtitutio facienda꞉ hoc quidem intelligi
debet꞉ ſi defraudatus exceſſum ignoraret꞉ Sci/
ens enim donare poteſt ⁊ in cōtractum cōſen/
tire꞉ ⁊ defraudatus putari non debet. Et licet
lex ciuilis dicat ꝙ contrahentes ſe inuiceꝫ de/
cipere poſſunt. Tamē in eccleſia in contracti/
bus꞉ dolum facere nō permittit꞉ Lex enim ciui
lis꞉ vt ſanctus Tho. dicit poplo data eſt in quo
ſunt multi a virtute deficientes ⁊ ea ſolum pro
hibet que humanuꝫ modum viuendi deſtrue/
re dinoſcunt. Et ideo dūtaxat꞉ magnos exceſ
ſus punit vt cum quis eſt deceptus vltra dimi/
dium꞉ Lex aūt diuina꞉ que non modo data eſt
populo ſed hominibu virtuoſis꞉ nihil impuni
tum relinquit꞉ ꝙ ſit virtute cōtrariuꝫ. Hinc eſt
quod ſecundū diuinam legem illicitum repu/
tatur꞉ ſi emendo vel vendēdo equalitas nō ſer
uatur꞉ licet parua additio꞉ vel diminutio precij
equalitate iuſticie tollere non videatur. Et de
hoc in decretis. x. q. ij. §. hoc ius plenius habe/
tur. gloſa enim ibi dicere videtur꞉ Q꞉ ſi in
venditione pluſqꝫ res valeat offerratur꞉ illud
eccleſia accipere non debꝫ. Inſuper in his no
tandum eſt. ꝙ ſi res minus iuſti precij. ſ. par/
te dimidia comparatur eſt in poteſtate empto
ris iuſtum ſupplere preciuꝫ vel a contractu re
cedere. Ut extra de emptione ⁊ venditione. in
ca. cum dilecti. plenius legitur. Secundo mo/
do ſcd̄m ſcotum vbi ſupra huiuſmodi latitudo
conſuetudine innoteſcit꞉ cui conſuetudini a le/
gibus aliquid de rigore dimittitur꞉ vt contra/
hentes ex conſuetudine valoris rerū mutuo ſi
bi remittere poſſit. Si tamē enormiter cōſue/
tudo nō deficit a iuſticia. Ttertio modo patet
diſcretione. ſ. ſcd̄m Thomā ſcd̄a ſcd̄e. q. lxxvij.

BIBLIOTECA
MARÉS

Carius vendere: ⁊ vilius emere eſt illicitum ⁊ iniuſtū: niſi res que venditur in detrimentum cederet venditoris: cuʒ ea nimis indigeat. Unde in tali caſu iuſtuʒ preciū eſt: ſi nō ſoluʒ inſpiciatur ad reʒ que vendit̄: ſed etiaʒ ad damnum qđ ex vēditione a vēdente recipit̄. Hinc licite rē pluſ q̄ʒ valeat vēditor nō emat qui vult emere. Sed hec gn̄atio mala auarorū mercatorum hac ſolēni reſponſiōe doctorū minime ꝯtenta: obijcit nōnullis rōnibus apparētibus ad q̄ petit ſigna ideſt reſpōſa: ſuas reſpōſiōes oīno frangētia. dicūt enī primo huius praue generationis filij: Nobis quidem licet rebus noſtris precium ſtatuere: ⁊ ſicut nullū ius nos cōpellit res noſtras vēdere: ita nec cōpellere debet preciū: nō ꝑ placitum noſtrum ipſis ſtatuere: qꝛ nullus emptor cōpellitur emere: Vulgariter enī dicit̄ tantū res valet quātuʒ vēdi poteſt. Quibus obijci poteſt breuiter: q̄ licet quis nō cogat̄ res ſuas vēdere: cogitur tamen in cōtractu vendēdi iuris ⁊ equitatis regulā debite obſeruare. Pro inde ſcđm Hoſtiē: licet aliq̄s cogi nō poſſit rē ſuā vēdere: vel alienā emere: Si tn̄ rem venalē expoſcit: ⁊ preciū offerat̄: ⁊ iuſte nō vult vendere: per iudicē cogi poteſt vt iuſto precio vēdat: qꝛ impoſitio ꝑcij: nō imponit̄ rei tanq̄ʒ ꝓprie: ſed ipſi quaſi in alterū cōmutande. Adhuc adultera gn̄atio peius infert dicēs: ergo tota cōmunitas vendentiū ⁊ emētiuʒ cōtra iuſticiā peccat: qꝛ ferē omnes vile emere: ⁊ care vēdere cupiunt. Cui dicitur qđ tm̄ cōmunitas auarorū ⁊ nō iuſtorum vile emere ⁊ care vēdere cupit. Fortius miſeri vlterius dicunt. Rebus vt dictū eſt pūctalis taxatio nō poteſt īponi: ergo ſcđm conſenſū vtriuſq̄ʒ partis licet rerū preciū extimari. His etiaʒ reſpōdetur: quod licet pūctalis taxatio rebus nō poſſit imponi: Nihilominus poteſt et debet illud ſub cōgruis limitibus menſurari: ſed qꝛ in his tribus ſignis. i. reſpōſiōibus auari cōtenti nō ſunt: ſed ſemꝑ vlterius ſigna querunt. Ideo eis bene dr̄. Generatio mala ⁊ adultera ⁊c̄. quaſi dicat hec praua gn̄atio: dictis ſacrorū doctorū acquieſcere nolūt: ſed vlterius ſigna ⁊ reſpōſa querunt ſed ſignū nō dabitur ei: niſi ſignū Jone prophete: qui typū oſtendit xp̄i reſurrectōnis qꝛ inde veniet ad iudicāduʒ ⁊ oēs viuos ⁊ mortuos: vbi de omni cōtractu vſurario rōneʒ reddere obligabitur: nec inuenient tunc argumēta ſophiſtica: quibus vſurā eiꝰ valeant defenſare. Quia ⁊ Bernardus ait Judex ille: non falletur verbis.

## Feria quīta poſt primam dn̄icam quadrageſime.

Euangelium ſcđʒ Matheum .v. ca.

IN illo tp̄e Egreſſus ieſus receſſit[a] in partes tyri et ſydonis. Et ecce mulier chananea[b] a finibꝰ illis egreſſa[c] clamauit dicēs ei. Miſerere mei domine fili dauid[d]: filia mea male a demōio vexatur. Qui non reſpondit ei verbuʒ[e]. Et accedētes diſcipuli eiꝰ rogabant eum dicētes Dimitte eam: quia clamat poſt nos. Ipſe autem reſpōdens[f] ait. Nō ſū miſſus niſi ad oues[g]

### Expoſitio litteralis.

a Et egreſſus ieſus inde receſſit ⁊c̄. Reprobato errore phariſeoꝝ: hic xp̄s trāſit ad gētiles: vt ex deuotiōe gentiliū: oſtendat̄ iuſta reprobatio iudeoꝝ. ⁊ hoc eſt quod dr̄. Et egreſſus ieſus inde receſſit in ptes tyri ⁊ ſidonis tyrus ⁊ Sidon ſunt quedā ciuitates ſite in terra ꝓmiſſionis prope montē libani: qꝛ filij iſrael nō potuerunt totaliter expellere gentiles de terra ſua. b Et ecce mulier chananea. ſ. natione. Chananei enī habitauerūt in terra ꝓmiſſiōis ante filios iſrael: nec potuerūt per eos totaliter extirpari: vnde iſta mulier ab illis qui remāſerant deſcēdebat: iſta aūt audiuerat miracla ⁊ famaʒ ieſu xp̄i: ⁊ ideo firmiter credebat qđ filiā ſuam ſanare poterat. c A finibus illis egreſſa. qꝛ xp̄m ſequebat̄ in via ad impetrandum ſue filie ſanationē. Marcus tn̄ dicit. vij. ca. quod venit ad ieſum intra domū: ⁊ hoc eſt verū ꝑmo: ſed qꝛ eam ibi nō exaudiuit ſequuta ē eū in itinere clamās. d Miſerere mei dn̄e fili dauid. Audiuerat enim xp̄m promiſſum iudeis deſcēdere de gn̄e dauid. e Qui nō reſpōdit ei verbū: nō ꝓpter indignationē: ſʒ vt ex pſeuerātia eius in ꝑce on̄deret̄ fides eius ⁊ deuotio diſcipulorū. f Et accedētes diſcipuli eiꝰ ⁊c̄. Mo

ti.n.erant ad hoc vidētes eius fidē ⁊ deuotio/
nem. f Ipſe aūt reſpōdit. Primo negatiue
tñ ſine īpropio dicēs. g Nō ſuꝫ miſſus ⁊c̄.q2
xp̄s erat p̄mo ⁊ p̄ncipaliter miſſus iudeis tāq̄ꝫ
apl̄s eoꝝ:⁊ ideo in ꝓpria pſona nō predicauit
niſi iudeis:nec fe/
cit miracula niſi ī
caſu ex aliqua ſpā
li cā:vt.ſ.oſtende/
ret eccliam in fide
gentiū ee̅ fundan
dā ſicut hētur hic
⁊ Ioānis .iiij.ca.
Ubi xp̄s predica/
uit ſamaritanis ꝯ
note eū recipiētī/
bus:poſt mortē āt
xp̄i fides p̄dicata
eſt publice gētilib⁹:⁊ h̄ ē qd̄ dicit apl̄s ad Ro/
ma.xv..ca. Dico āt xp̄ꝫ miſtrū fuiſſe circūciſio
nis i.aplm iudeoꝝ pp̄ veritatē dei ad cōfirmā
das ꝓmiſſiones patrū:q2 antiquis p̄ribus iu/
deoꝝ fuerat facta ꝓmiſſio de xp̄o: Sic̄ abrahe:
⁊ dauid:q2 tñ iudei ꝓ maiori pte fidē xp̄i repu
lerūt:⁊ gētiles eā ſuſceperūt. Iō apl̄s ſubdit ibi
dē Roma.xv.ca. Gētes aūt ſup mīa honorare
deū ⁊c̄. Seqꝛ. a At illa venit ⁊ adorauit eū.
adoratiōe latrie dicēs. b Dñe adiuua me. In
firmitatē.n.filie ſue reputabat ſuā:⁊ p ꝯñs ſana
tionē: c Qui rñdēs negatiue.ſ.⁊ cuꝫ īprope
rio ait. d Nō eſt bonū ſumere panem.i. do
ctrinā ⁊ miracula ꝓmiſſa iudeis:tanq̄ꝫ ſpūali/
bus filijs ꝓpter cultū vni⁹ dei. e Et mittere
canibus.i.dare gētilibus:q erāt dediti cultui
idoloꝝ:ſicut canes circa cadauera aīaliū defū
ctoꝝ. f At illa dixit ⁊c̄.i.⁊ bonum ē in caſu.
g Nā ⁊ catelli edunt ⁊c̄.q.d Sicut catelli ali/
qua modica:vtpote micas cadētes ne cibo cō/
ceſſo filijs pcipiūt:ita ēt gētiles debebāt aliqd
ſaltē modicū pcipe de bñficijs xp̄i:ex quo patet
q̄ nō ē ꝯtrarietas in v̄bo xp̄i cū dicit:nō ē bo/
nū ⁊c̄. v̄bū hui⁹ mulieris dicētis imo bonū ē:
q2 verbū xp̄i ē intelligēdū q̄ nō erat regulari
ter ⁊ vniuerſaliter bonū:cū xp̄s ee̅t apl̄s iudeo
rū vt dictū ē:Uerbū aūt hui⁹ mulieris intelli/
gendū ē in caſu pp̄ ex.ſ.petētis deuotioneꝫ:vt
oñderet ecclie gētium futuram fundationem.
h Tūc reſpōdēs ieſus ait:O mulier magna ē
fides tua:q̄ pꝫ ex v̄bo ⁊ fcō ſuo:q2 nō fuit retar
data a feruore petēdi. p̄mo pp̄ xp̄i taciturnitatē

que perierant domus
iſrael: At illa venit: et
adorauit eum dicens[a].
Domine adiuua me[b].
Qui reſpondens ait[c].
Non eſt bonum ſume
re panem[d] filiorum: ⁊
mittere canibus[e]. At il
la dixit[f]. Etiam domie
nam ⁊ catelli edunt[g] de
micis: que cadunt de
menſa dominoruꝫ ſuo
rum. Tunc reſpondēs
ieſus ait illi[h]. O muli
er: magna eſt fides tua
fiat tibi ſicut vis[i] Et ſa
nata eſt filia eius[k]: ex il
la hora.

Nec ſcdō pp̄ ei⁹ rñſionē negatiuā: Nec tertio
pp̄ īpropiū adiūctū rñſiōi negatiue:⁊ iō ſb̄dit.
i Fiat tibi ſicut vis.q.d. Fides tua:h̄ meretur:q̄
pꝫ ex facto:cū ſb̄ditur. k Et ſanata ē filia ei⁹.
h̄ patet ēt ex dictis: q̄ tarditas xp̄i ad exaudi
endū eius petitio
nē nō fuit ex īgrā
tia:vel voluntate
ſed vt ex pſeuerā
tia mlieris oñderet
fides ei⁹: ⁊ deuo
tio dignior exau/
ditione.

¶ Expoſitio mo/
ralis.

Et egreſſus iñ
ih̄s venit ī ptes ty
ri: p mulierēꝫ cha
naneā cui dr̄ a dño: O mlier mag̃ ē fides tua:
pōt rō ſupior ītelligi:q legib⁹ eťnis īſpiciēdis
⁊ ꝯſulēdis ītēdit:ſꝫ Aug.xij.li. De trinitate. p
filiā ei⁹ rō īferior:p demoniū āt ipa ſēſualitas:
q̄ ēt p ſpētē ſignificatur vt dic̄. Aug. ibidē: ſic igr̄
filia mlieris chanāee a dmōio vexatur:qñ p ſēſua
litatē īferior rō ad ꝯſēſū pctī mortal īpellitur:cu
ius ſanatio p mrēꝫ.i.ſupiorē rōnē a dño petitur.
Nā rō ſupior ſp ad optia depcatur:⁊ ſic̄ dñs diſtu
lit exaudire petitionē mlieris chananee vt ei⁹
fides clari⁹ appereret:ſic ⁊ dñs aliqñ dimittit ī/
pulſū rōnis īferioris p ſēſualitatē diuci⁹ ptra/
hi vt augeatur meritū tētati:pp̄ q̄ Paulo petētī
ſtimulū carnis a ſe auferri dixit dñs.ij.ad cori.
xij.ca. Uirtus in infirmitate perficitur.

¶ Queſtio fris antonij betontini. Miſerere
mei dñe fili dauid. Matthe.xv.ca.

In q̄b⁹ v̄bis q̄ritur. Utꝝ ſm valorē vtilitatis
emētiū poſſit p̄ciū ī mercātia taxari. Ad qd̄ bre
uiſſime dr̄ q̄ nō. Nā h̄ mō p̄ciū rei ī extiabile eēt
ſet cū cyph⁹ aq̄ hoī niſi aq̄ꝫ hēat morituro īfini
ti auri p̄cij apd̄ oēs vtētes rōnib⁹ eēt. Qd̄ eēt
p̄mo neq̄ſſimū. Tū q2 bonū ꝓpꝫ ꝓponētur bo
no cōi:ob qd̄ mercatio īſtituta ē. Tū q2 h̄ onus
īportabile putaretur. Tū q2 pp̄ h̄ on⁹ mod⁹ pie/
tatis euacuaretur. Scdō eēt iniuſtiſſimū: q2 cū iu/
ſticia obſuet ī ēptiōib⁹ ⁊ vēditiōib⁹:nālē ordi/
nē vtiliū reꝝ ſm cōeꝫ opie ⁊ iopie curſū. Mer
catoris īduſtriā:⁊ laborē ⁊ piculū:oīa iſta iuſtiſ
ſima:tal taxatio p̄cij reddēt īcōgruiſſima. Ter
tio īhōeſtiſſimū q2 nulla curialitas poſſꝫ eē int
amicū ⁊ amicū:int ſuū ⁊ dñm:int prēꝫ ⁊ filiuꝫ.

Et vt breuius loquar: ſi h̃ eſſet: omnis modus vendendi ⁊ emendi redderetur inconſonus ⁊ auaritie accomodatus. Ubi v̓o auaritia regnat quis dubitat quó nulla mercatio licita ſit. Et ideo mercator clamabit ad dñm ⁊ dicet miſerere mei dñe fili dauid: filia mea .i. conſcientie mea q̃ carior omni p̃mogenita eſſe debet: tali tentatione a demonio vexata: per tuam gr̃am liberari deſiderat.

**Feria ſexta poſt primã dñicam .xl. euangeliũ ſm Joannem .v. cap.**

In illo tẽpore: Erat dies feſtus iudeorũ[a] ⁊ aſcendit ieſus hieroſolymam.[b] Eſt autẽ hieroſolymis probatica piſcina[c] que cognominabaẜ hebraice bethſaida: quinqꝫ porticus habens[d]: ĩ his iacebat mltitudo magna languẽtium[e]: cecorum: claudorum: aridorum: expectãtium aque motum: angelus aũt dñi[f] ſm tempus deſcendebat in piſcina ⁊ mouebatur aqua[g]. Et q prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionẽ aq̃ ſanus fiebat[h] a quacũqꝫ ↄtinebaẜ ĩfirmitate.

**Expoſitio litteralis euangelij.**

Euangeliſta determinat ĩ h̃ euangelio de beneficioꝝ quantũ ad generationem ſpũalem conuenientium exhibitione. In generatione enim carnali filij habent a patre vitã nutrimentũ: ⁊ doctrinam. Ita eodem modo ẽ in generatione ſpũali. Ideo euangeliſta p̃mo deſcribit vite collationẽ: ſcd̓o ſpũaliũ nutritionem. ℂ Circa p̃mũ ſciendũ eſt ꝙ modus naturalis cognitionis humane eſt ex ſenſibilibꝰ ad intelligibilia deduci: q: omnis noſtra cognitõ oritur ex ſenſu: ⁊ ideo modus iſtius euange. vt frequenter eſt pretermittere ſignum ſenſibile conueniens ſequẽti doctrine. Et ideo in h̃ euãgelio oſtendiẜ ſignũ ſenſibile in xp̃o .ſ. potẽtia vite reparatiua: ⁊ h̃ dupl̓r. p̃mo ex miraculi opatione. Scd̓o ex eius impugnatõe: ibi erat autẽ ſabbatum. Prima in duas: q: p̃mo circũſtãtia miraculi p̃mittiẜ. Scd̓o actus miraculi deſcribiẜ: ibi. Erat ãt qdã. Circa p̃mũ poniẜ p̃mo circũſtãtia tp̃is cũ dĩ. a Erat dies feſtꝰ iudeoꝝ ſcꝫ feſtũ pentecoſtes. b Et aſcẽdit ieſus hieroſolimã. q: viri tenebanẜ eſſe ibi in illo feſto: q: ter in ãno tenebanẜ maſculi apparere corã dño .ſ. paſchate pentecoſtes: et feſto tabernaculoꝝ. Scd̓o deſcribiẜ cõditio loci cũ dicitur. c Eſt aũt hieroſolimis ꝓbatica piſcina: in q̃ aque pluuiales colligebanẜ: ⁊ ibi lauabanẜ hoſtie p̃mo: ⁊ poſtea in lateribus ĩ atrio ſacerdotum exiſtẽtibus idõ dicebaẜ illa piſcina ꝓbatica: a probaton ꝙ eſt ouis: ⁊ eſt nomẽ grecũ cuius ĩterp̃tationẽ ponit in hebraico dicẽs que cognominatur hebraice bethſaida .i. domus ouium. d Quinqꝫ porticus habẽs: vt ꝑ plura loca poſſent lauantes hoſtias deſcẽdere ad aquã. e In his ſcꝫ porticibus iacebat mltitudo lãguẽtiũ ⁊c̃. Et ſbdĩtur cã. f Angelus aũt dñi ſm tẽpus .i. in diuerſis temporibus interpollatõe tñ facta. g Deſcendebat ſm tp̃s in piſcinã ⁊ moueba̅ẜ aq̃. ex deſcenſu angeli. h Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motõẽ aque ſanus fiebat. cã aũt deſcẽſus angeli ⁊ huius miraculi aſſignaẜ a doctoribus dicentibus. Q: appropinquante euangelij veritate: dñs voluit figuram expreſſam baptiſmi ĩ hac piſcina oſtẽdere: que cõueniebat cũ baptiſmo ĩ mundando ⁊ ſanando virtute dei occulta ad motionẽ angeli. Sicut baptiſmus ſub ſenſibili elemento mũdat aĩam virtute occulta v̓bi ⁊ cum hoc aliquãdo ſanat corpus miraculoſe: verũtñ quia figura deficit a figurato ideo iſta piſcina non ſanabat niſi corpus: ⁊ vna vice tñ ⁊ non ſanabat niſi vnũ. Baptiſmus aũt pertingit ad aĩam ⁊ ſanat oẽs quotquot veniunt ad ip̃m niſi ponant impedimẽtum. Alij aũt dicũt ꝙ illa miracula ibi fiebant ꝓpter p̃ntiam ligni dominice crucis qd̓ ibi enatauit appropinquãte xp̃i paſſione. ⁊ ideo angelus illuc deſcendebat ꝓpter ligni reuerentiam: ⁊ enatauit tẽpore cõueniẽti per eius motionẽ: ꝑ hoc etiã oſtẽdebatur ꝙ natura humana a morbo peccati ꝑ lingnum dominice crucis erat ſananda. Qualiter autem lignum illuc dominice crucis ĩ loco illo fuerit poſitum diuerſimode dicitur. Dicitur enim in hiſtoria ſcolaſtica ꝙ regina Sabba vidit in domo ſaltus libani Salomonis quoddam lignum: de quo vidit in ſpiritu: ꝙ in illo pateretur ille propter quem deficeret regnum iſrael quod cum ſignificaſſet:

Erat autem quidam[a] hō ibi triginta ꝛ octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc ergo cum vidiſſet ieſus iacētem ꝛ cognouiſſet[b]: qa iam multum temp⁹ haberet: dicit ei. Uis ſanus fieri[c]? Reſpōdit ei lāguidus[d] Domine hominem non habeo: vt cum turbata fuerit aq̄: mittat me in piſcinaz[e]. Dum eniz venio ego. alius ante me deſcendit[f]. Dixit ei ieſus ſurge[g] tolle grabatuz tuū[h] ꝛ ambula[i]. Et ſtatiz ſanus factus eſt homo[k]. Et ſuſtulit grabatuz ſuuz: ꝛ ambulat. Erat autē ſabbatum[l] i illa die. Dicebant ergo iudei illi qui ſanus fact⁹ fuerat[m]. Sabbatū eſt[n]: nō licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis. Qui me ſanum fecit[o] ille mihi dixit. Tolle grabatum tuū: ꝛ ambula. Interrogauerūt ergo eum[p]. Quis ē ille

Salomoni ipſe volēs ſeruare durabilitatē regni fecit poni illō lignū in ꝓfundo terre iuxta tēplū vbi poſtea in ſupſicie terre facta ē illa piſcina: ꝛ iō poſtea ibi illud lignū appuit mō ꝓdicto. In qdā vō hyſtoria ſctē crucis dr̄: ꝙ Seth filius Ade: ex ꝓcepto patris: iuit ad padiſuz voluptatis: vñ eiectus fuerat: ꝛ petijt ab āgelo cuſtodiēte locū illū de oleo miē: q acceptis trib⁹ granis arboris ligni vetiti ōdit ea ſeth ꝛ ipſe plātauit ſupra ſepulchrū patris ſui Ade: ꝛ inde orte ſunt tres virgule: q̄ poſtea in vnā arborē ſūt cōiūcte poſtea tpe ſalomōis illa arbor fuit ſecta qꝛ videbaſ edificatiōi tēpli neceſſaria. Verūtñ qñ applicabaſ ad opus ſemp erat nimis curta vel nimis lōga: ꝛ iō tanꝙ inutilis ad hoc dimiſſa fuit iuxta tēplū in atrio qdā: hoīes aūt veniētes ad tēplū illi ligno ceperūt facē qndā reuerētiā iſtinctu diuino: de q̄ dolētes ſacerdotes fecerūt illud proici itra piſcinā: q erat ꝓpe tēplū: qō deſcēdēs ad fundū ibi diu latuit: poſtea vō iminēte paſſiōe appuit mō ꝓdicto hec aūt ſcripſi ſine aliq̄ aſſertiōe. a Erat aūt qdā Hic ꝯſeqnter actus ponit miraculi cū dr̄: Erat aūt qdā hō ibi trigita ꝛ octo ānos habēs i ifirmitate ſua: ex q̄ pꝫ: ꝙ diu punitus fuerat: illam eni ifirmitatē pp pctm̄ pcedēs icurrerat vt patebit ifra verūtñ qꝛ penā patiēter ſuſtinuerat: Jō dignū erat vt ei ſubueniret pp hoc ſequit. b Hūc cū vidiſſet ieſus iacētē ꝛ cognouiſſet: qꝛ tps multū haberet. ſ. in ifirmitate illa. c Dicit ei: vis ſanus fieri? nō petit qſi dubitās ō volūtate: ſed vt magis excitet eius deſideriū: qꝛ p h efficiſ dignior accipe dei donū. d Reſpōdit ei lāguidus: oñdēs ſuū deſideriū. e Domine hoīem nō habeo vt cū turbata fuerit aq̄ mittat me in piſcinā. q.d. multū deſidero: ſed nō habeo q portet me ꝛ ego ſum ita debilis: ꝙ nō poſſum ita cito venire ficut alij: vñ ſequitur f Dum eni venio ego alius añ me deſcēdit: h aūt dicebat: qꝛ videbat ieſuz fortē ꝛ aptū ad portandū eū ꝛ magnū reputaret ſi in hoc ei ſeruire vellet: ſed ſtatim cōtulit ei maius beneficiū videlicet ſanitatē pfectā vnde ſeq. g Dixit ei ieſus ſurge: reſtitut⁹ ſanitati. h Tolle grabatū tuū: reſtitutus pſtino vigori. i Et ambula. ad declarationez diuini miraculi. k Et ſtatiz ſanus factus ē homo: qꝛ diuina virtus infinita eſt: ꝛ operatur in inſtāti. Sanitas.n. q̄ virtute nature reſtituitur in tpe: ꝛ nō inſtanti acquiritur. l Erat autē ſabbatum. Hic cōſequēter ponit predicti miraculi accuſatio: ꝛ primo quantū ad ipſuz ſanatū. Secūdo quātū ad ipm medicū: ibi iterrogauerūt ergo. In pma parte dr̄ ſic. Erat aūt ſabbatū: in illa die in quo non erat licitū opera ſeruilia facere: ꝑpter qō ſeq. m Dicebāt ergo iudei illi q ſanus fact⁹ fuerat n Sabbatū ē. nō licet tibi tollere grabatū tuū. Iſti falſuz dicebāt: qꝛ opa corpalia que ſunt ad dei honorē bene poſſunt fieri in die ſabbati. ſicut ſacerdotes in templo corpaliter opabātur templū ornando: hoſtias imolando ꝛ lauādo ꝛ ꝯſimilia vt dr̄ Math.xij.ca. Portatio autē huius grabati erat ad magnificētiā diuini miraculi ſicut ꝛ modo illi q miraculoſe de carceribus vel huiuſmodi liberantur portant conpedes ſuos ad loca ſancta ad manifeſtationem ſue miraculoſe liberatiōis: tamē aliter ſe excuſat ille ſanatus dicēs. o Qui me ſanum fecit: ille mihi dixit tolle grabatū tuū ꝛ ambula: quaſi dicat ille q me diuina virtute ſanauit: eadē virtute ꝛ auctoritate mihi pcepit: ꝛ per ꝯñs teneor ſibi obedire: nec ſuz traſgreſſor. p Interrogauerūt ergo. Hic ponit accuſatio medici. Et pmo in gñali ante cognitionē determi/

homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum et ambula? Is autem qui ſanus fuerat effectus: neſciebat quis eſſet[a] Jeſus autem declinauit a turba conſtituta in loco[b]. Poſtea inuenit euꝫ ieſus in templo[c]: ⁊ dixit illi[d]. Ecce ſanus factus eſt: iam noli peccare: ne deteri⁹ tibi aliquid contingat.[e] Abijt ille homo ⁊ nunciauit iudeis[f]: quia ieſus eēt qui fecit eum ſanum.

tam de ipſo. Secundo in ſpeciali ipſo cognito: ibi poſtea qꝛ enim per ſanantem eum iſte ſanatus conuenienter ſe excuſabat. ideo querebāt de ipſo ſanante vt ipſum perſequerentur: ⁊ hoc eſt quod ſequitur. Interrogauerunt ergo euꝫ: quis eſt ille homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum ⁊ ambula: quaſi dicerent malus homo eſt qui precepit talia. a Is autem qui ſanus fuerat effectus neſciebat quis eſſet: diu languidus iacuerat: ⁊ ſic facta xp̄i ⁊ eius famam ignorabat. b Jeſus autem declinauit a turba conſtituta in loco: dans exemplum aliquando fugiendi volentes calūniare: ⁊ nolens ſe iactari de operatione miraculi. c Poſtea. hic ponitur accuſatio medici in ſp̄ali habita cognitione de eo: ⁊ hoc eſt qđ dr̄. c Poſtea inuenit euꝫ ieſus in templo: qꝛ ad agendū gratias de ſanitate ſibi collata frequentabat templum quod ē locus orationis. d Et dixit ei: ecce ſanus factus es noli peccare: ex quo patet ꝙ infirmitas illa fuerat ſibi ꝓpter peccatum inflicta. e Ne deterius aliquid tibi contingat: in currēdo penā eternam: qꝛ in recidiuante fiunt nouiſſima peiora prioribus. f Abijt ille homo ⁊ nunciauit iudeis ⁊c̄. Dicunt aliqui ꝙ hoc fecit malitioſe: ſed hoc nō eſt verū: qꝛ illos quos dominus ſanauit corpore: ſanauit ⁊ mente: vnde de iſto dr̄ infra. vij. ca. Totum hominem ſaluum fecit in ſabbato: qđ ēt exp̄mitur hic ex verbo xp̄i cum dr̄: Jam noli peccare. q. d. precedēs peccatū eſt tibi dimiſſuꝫ. Et iō dicendū: ꝙ iſte ſanatus iuit bona intentione ad publicādū virtutē xp̄i. Illi aūt quibus hoc nūciauit fecerunt inde dānum ſuum ſicut ⁊ de alijs xp̄i virtutibus.

Expoſitio moralis.

Erat dies feſtus iudeoꝝ ⁊c̄. Sequit̄. Eſt aūt Hieroſolimis ꝓbatica piſcina. ſcđm doctores catholicos piſcina hec ſanās infirmitates inuiſibili virtute apparuit ante baptiſmum xp̄i: ad ſignificandum virtutem huius baptiſmi: ſicut dixi plenius in expoſitiōe litterali. Quinqꝫ porticus habens. i. aditus per quos ſignāt̄ur. Lex prophete ⁊ agiographa euangelium ⁊ apoſtolica doctrina. hec enim quinqꝫ mentionem faciunt de xp̄i baptiſmate: quaſi ad ipſum prebētes additum: Tria prima figuratiue. Alia duo exhibitiue. Per angelum deſcendentem: in piſcinam: Signat̄ xp̄s qui Iſai. ix. ca. ſm tranſlationeꝫ. lxx. dicitur magni cōſilij angelus: Ipſe vero deſcendens in iordane viꝫ regeneratiuam dedit aqs tactu ſue ſacratiſſime carnis: Sed quoniaꝫ diuina virtus nō eſt alligata ſacramentis. Ideo ad hoc ſignificandum iſte languidus qui dr̄ hic ſanatus non fuit ſanatus per deſcenſum in piſcinam: ſed per xp̄i ſermonem cum ei dixit. Surge tolle grabatum tuum ⁊c̄. Per hoc autem ꝙ vnus tantū ſanatus fuit de multitudine languidorum: Signat̄ ꝙ pauci ſaluantur de multitudine vocatorum. Per lectum autem in quo iacebat languidus ſignatur praua conſuetudo per quaꝫ homo iacet in peccato que tollitur per exercitium in opere bono ⁊ ideo ſubditur. Et ſuſtulit grabatum ſuū ⁊ ambulabat per virtutis exercitiū. propterea perſequebantur iudei xp̄m: opus enim bonum peruertentes in malum: Et adhuc multos habent ſequaces nuncios xp̄i propter opus confeſſionis ⁊ predicationis moleſtantes: Jeſus āt reſpōdit: Pr̄ me⁹ vſqꝫ mō opat̄ vbi xp̄s vnitatē operatiōis oſtendit: ⁊ nature in filio ⁊ in patre: ⁊ hoc ſatis diffuſe. nec occurit mihi moralitas hic ꝯueniens niſi ꝙ quilibet xp̄ianus qui dei filius eſt adoptiuus debꝫ vniri ſibi per charitatem mentis ⁊ conformitateꝫ operationis. ſm illud ad corinthi. vj. cap. Qui adheret deo: vnus ſp̄us eſt.

Queſtio fratris Antonij betontini. Surge tolle grabatuꝫ tuum ⁊ ambula. Jo. v. ca.

Super quibus verbis poteſt queri Utrum emens agrum vel vineam precio quo valeat: ſub tali conditione: ꝙ poſt quinqꝫ annos: ſiue quandocunqꝫ venditori placuerit: pro eodem precio illum ei reſtituat. Circa hunc caſum

dicendum eſt: ꝙ ſi emptoꝛ ſub emptionis nomine precium agri mutuare intendit ⁊ ex illo mutuo fructus annuos agri lucri facere vſura eſt: licet ab eccleſia ſcōm Archi. ex hoc condēnari non poſſit: ſed ſi hoc non facit in frauden licitus eſt contractus ſm eundez. huius quidez emptoꝛis intētio tribus ſignis quādo doloſa eſt comprehendi poteſt. Primum ſignum eſt ꝙ precium quod tunc datur reſpectu valoꝛis rei modicum extimatur Scdꝫ qñ vltra receptā ſūmā: in redditione aliquid ſoluitur: vt verbi gratia: Res vendita fuit. centum floꝛenis. In pacto ponitur ꝙ ſi vēditio reſcidatur. cxxx. floꝛeni ſoluentur. Tertium ſignum eſt quando ſolet emptoꝛ vſuras exercere: pꝛecipue in cōſimili contractu. hec tria ſigna ab ipſo ca. Ad noſtram. de emptioīne ⁊ venditione: ⁊ ab illo capitulo: Illo vos. extra de pignoꝛibus. extrahuntur. Quidam etiam addunt. vt Hoſtien. ⁊ Joannes andrea in nouella: quia quando fit contractus venditionis cum pacto de re vendendo infra decennium: ita tamen ꝙ ante quinquennium inſtrumentum venditionis nequaquam facere teneatur vſurarius eſt licet in foꝛo iudiciali: vt aliqui dicunt paucioꝛa ſigna requirantur. ex omnibus iſtis ſummarie perſtringimus: ꝙ ſi emptoꝛ intentione ſimplici aliquid emit: Juſtumqꝫ ſoluit pꝛecium: paratus ſemper reſtituere venditoꝛi: non eſt ibi vſura: In foꝛo autem conſcientie: ſtandum eſt in verbis confitentis ſi puram habuit voluntatem. Quia vt in ca. Cum voluntate. extra de ſententia excommunicationis dicitur voluntas ⁊ pꝛopoſitum diſtingunt maleficia. Ad hanc ſimplicem voluntatem inducit nos dominus dicens: quod Matthei. x. capitulo ſcriptum eſt. Eſtote pꝛudentes ſicut ſerpentes: ⁊ ſimplices ſicut columbe. Que verba quomodo intelligenda ſint Hieronym⁹ ad Paulinum ſic declarat: Habeto ſimplicitatez columbe: ne cuiqꝫ machineris dolos: ⁊ ſerpentis aſtutiam: ne alioꝛum ſupplanteris inſidijs non multum diſtat in vitio: vel decipere. ſ. aliquem emendo vel vendendo: vel decipi poſſe alteri. ſ. faciendi vſuram occaſionem donando hec verba. xvi. q. j. ca. Si cupis a Gratiano notantur. ⁊. vj. q. j. ca. Et merito. idē Eleuteri⁹ papa dicit habebant omnes inquit ſimplicitatez columbe: ne cuiqꝫ machinetur dolos in emendo. ſ. ⁊ vendendo: vel aliquid aliud faciendo: vt largius loquar ⁊ ſerpentis aſtutiam: ne alioꝛum ſupplantent inſidijs: hinc auaro mercatoꝛi qui xxxviij. annis in infirmitate iam ſterit auaritie dñs ait. Surge tolle grabatum tuum: grabatum dico penultima ſillaba pꝛoducta. i. capitis reclinatoꝛium: p qđ moꝛaliter: ⁊ ad noſtrum pꝛopoſitum intelligere poſſumus pꝛauitatem voluntatis: in qua velut in lecto caput eius: mercatoꝛis auari. ideſt mentis ratio recumbit egrota. Et ambula recta. ſ. intentione emendo ⁊ vendendo.

## Sabbato poſt pꝛimā dñicā xl. Euangeliū ſecundū Matth. xvij. c. euāge. iſtud hēbit̄ et p ſcdā dñica. xl.

In illo tpe Aſſumpſit Jeſus Petrum ⁊ Jacobum: ⁊ Joannem fratrē eius.

¶ Expoſitio litteralis.

In hac parte euangeliſta confirmat fideles in eccleſia gentium fundata in fide: oſtendens eis: gloꝛiam future reſurrectionis: ⁊ diuiditur in tres: qꝛ pꝛimo ad declarationem future reſurrectionis deſcribitur xpi tranſfiguratio. Secundo ſubiungitur hui⁹ tranſfigurationis teſtificatio: ibi ⁊ ecce apparuerunt. Tertio circa hoc ponitur diſcipuloꝛuꝫ inſtructio: ibi ⁊ deſcendentibus illis: Circa xpi tranſfigurationem euangeliſta notat tria: Cōſoꝛtium: locum: ⁊ modum: Conſoꝛtium autem notatur cum dicitur.

a Aſſumpſit Petrum Jacobum ⁊ Joannem Iſti enim tres ſunt aſſumpti ad videndum gloriam future reſurrectionis: pꝛopter pꝛerogatiuam eminentie ſpecialis inter alios. Petrus enim pꝛopter feruoꝛem fidei erat inter alios pꝛincipalis. pꝛopter quod pꝛincipaliter date ſunt ei claues eccleſie: vt patet pꝛecedenti ca. Joannes autem excellebat in pꝛerogatiua virginitatis: pꝛopter quod erat iter alios xpo magis familiaris. Jacobus autem inter alios diſcipulos: pꝛimus ſuſtinuit martyrium pp xpm

vt habetur Actuum.xij.ca. Conſiderandum ta
men ꝙ beatus Ambroſius ſuper Lucam:⁊ Au
guſtinus ſuper epiſtolam ad gala. videntur di
cere ꝙ Jacobus iſte qui fuit in tranſfiguratiõe:
fuit ille Jacobus q̄ p̄rio errexit eccliam hiero/
ſolimitanam : ⁊ il
le non fuit frater
ioannis:⁊ fili⁹ ze/
bedei:ſed filius al
phei. Sed dicen/
dum ꝙ cum text⁹
expreſſe dicat fra
trem Joãnis :per
conſequens filiũ
zebedei. Q̄d Au-
guſtinus ⁊ Ambroſius. non loquunt̃ aſſerẽdo:
ſed magis opinionẽ aliorũ referẽdo : ſi tamen
loquerent̃ aſſertiue nõ eẽt curãdum de dictis
eoꝝ quãdo ſacra ſcriptura exp̄ſſe dicit contra/
rium ſicut hic. vñ Auguſtinus in epiſtola ad
Uincẽtium donatiſtã dicẽs de doctrina ſctõꝝ:
que ẽ extra ſcripturã canonicã:hoc genus ſcri
pturaꝝ ab illis que canonice nominant̃ diſtin
guẽdum ẽ:non enĩ ex eis:ita teſtimoniũ ꝓferẽ
dum vt contrariũ ſentire nõ liceat. maxĩe vbi
aliter ſenſerunt q̄ȝ veritas ſe habeat:nos in il/
lo genere ſumus:vt nõ dedignemur ẽt ab aplõ
dictum ſuſcipere:Si quid aliud ſapitis:deus il
lud reuelauit. Cõſequẽter euãgeliſta deſignat
locum diẽs. a Et duxit illos in montẽ excel/
ſum:ad deſignandum ꝙ illi ſunt apti ad cõtẽ/
plandum celeſtia:qui eminẽt in contẽplatiua
vita. ſb̄dit autem. b Seorſum :ad denotan/
dum ꝙ contemplatiui debẽt eẽ a tumultu ſecu
larium ſegregati. Cõſequenter deſcribit tranſ/
figurationis modũ dicens. c Et trãſfigura/
tus ẽ:non ꝙ mutauerit lineamẽta corpis:vel fi
guram:ſed ꝓpter claritatis vultus eius imen/
ſitatem:⁊ hoc eſt ꝙ ſubdit. d Et reſplenduit
facies eius ſicut ſol. Ad cuius euidẽtiam conſi/
derandum:ꝙ anima xp̄i a principio creatiõis
fuit glorioſa ꝓpter apertam viſionẽ:⁊ perfectã
fruitionem. verũtamẽ ex diuina diſpoſitione
fiebat vt glia anime non redundaret ad corp⁹
vt ſic corpus eẽt paſſibile ⁊ mortale adimplen/
dum precium redemptionis humane:⁊ eodeȝ
modo ex diuina ordinatione factum eſt vt glo
ria anime redundaret ad corpus in hora trãſ/
figurationis vt oſtenderetur diſcipulis gloria
future reſurrectionis:non tantũ anime ſed cor

**Et duxit illos in mon-
tem excelſum[a] ſeorſuȝ[b]
⁊ trãſfiguratus eſt[c] an
te eos. Et reſplẽduit fa
cies eius ſicut ſol[d] veſti
menta autem eius fa-
cta ſunt alba ſicut nix.
Et ecce[e] apparuerunt
illis Moyſes ⁊ Helias
cuȝ eo loquentes[f]. Re**

poris:vt ſic animarentur ad ſequendũ xp̄m in
accerbitate paſſionis ad q̄d eos inuitauerat in
alio euangelio:⁊ ſic patet ꝙ claritas illa i trãſ/
figuratione fuit claritas glorie quantũ ad eſſen
tiam:ſed non quantum ad modũ:q: fuit eiuſdẽ
rationis cum illa
claritate que eſt i
corporib⁹ glorio-
ſis : ſed nõ fuit ibi
per modum qua/
litatis permanen
tis:ſicut eſt in illis
ſed per modũ paſ
ſionis tranſeũtis
⁊ ideo illa claritas
nõ debet dici dos glorie: q: dos de ſua ratione
importat qualitatem permanentem:⁊ eſt ſimi
le de lumine eleuante aĩam pauli ad videndũ
in raptu diuinam eſſentiam fuit eiuſdem ratio
nis cum lumine eleuante animas beatorũ. Ue
rũtamen q: non fuit in paulo per modum qua
litatis permanentis:ſed per modum paſſiõis
tranſeuntis:ideo ex tali eleuatione ſiue viſiõe
non fuit paulus beatus:q: beatitudo importat
permanentiam. e Et ecce. Hic ponitur trãſ
figuratiõis teſtificatio. ⁊ p̄mo teſtificatio hũa/
na. ſcd̄o diuina:ibi adhuc eo loquente. Prima
in duas:q: p̄mo ponitur teſtificatio eminenti/
um virorum in veteri teſtamẽto. Scd̄o eminẽ
tium in nouo:ibi reſpondens aũt Petrus. Di/
cit ergo p̄mo:ꝙ Moyſes ⁊ Helias apparaue/
runt illis:hoc eſt ipſis diſcipulis. f Loquen
tes cum eo. de quo autẽ loquerẽtur. Luc. expri/
mit. ix. cap. dicens:ꝙ loquebantur cum ieſu de
exceſſu quem expleturus erat in hieruſalem:q
quidem exceſſus fuit in ſua paſſione in qua ſu/
ſtinuit dolorem exceſſiuum ⁊ ignominiam ex
ceſſiuam propter amorem exceſſiuum ad nos.
Ratio autem quare Moyſes ⁊ Helias magis
apparauerunt q̄ȝ alij fuit q: Moyſes erat le/
giſlator ⁊ Helias maximus emulator pro ho/
nore diuino:ſ̄m quod de deo ſcribitur. iij. Re/
gum:xix. cap. zelo zelatus ſum pro domino ex/
ercituũ:⁊ ideo per teſtimoniũ iſtorum apparu
it ꝙ xp̄s non erat diſſolutor legis vt impone/
bant ſibi iudei : ſȝ magis adimpletor: ſimiliter
nec blaſphemator diuini nominis:vt impone
bant ei iudei:q: dicebat ſe filium dei:ſȝ magis
confeſſor veritatis: Conſiderandum etiam ꝙ
Moyſes ⁊ Helias non fuerunt ibi ſ̄m apparẽ-

ſpondens autem Petrus[a] dixit ad ieſum. Domine bonum ē nos hic eſſe. Si vis faciamꝰ hic tria tabernacula[b] tibi vnum[c] Moyſi vnuʒ ⁊ Helie vnum. Adhuc eo loquente[d]. Ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic eſt filiꝰ meꝰ dilectus[e] in q̄ mihi bn̄ complacui[f] ipſuʒ audite. Et audientes diſcipuli ceciderūt in faciem[g] ſuam: ⁊ timuerūt valdē. Et acceſſit ieſus[h] et tetigit eos[i]: dixitqꝫ eis. ſurgite ⁊ nolite timere. Leuantes auteʒ oculos neminem viderunt[k]: niſi ſolum ieſuʒ. Et deſcendentibus illis de monte[l]: precepit ieſus dicens. Nemini dixeritis viſionem donec filius hoīs a mortuis reſurgat.

tiam fantaſticam: ſed ſcd̄m veritatem: q: Helias fuit adductus ibi de loco quodaʒ eminēti ad quem fuerat raptus: vt habetur .iiij. Reguʒ .ij. ca. Et ſic apparuit ibi in anima ⁊ corpe. Moyſes autem fuit adductus ibi: de limbo ſanctoruʒ patrum: non quia ſurrexit ſed q: anima apparuit ibi ī quodam corpore ſibi adaptato: ſicut apparent angeli in corporibꝰ aſſumptis: per h̄ etiam oſtenditur q̄ chriſtuſ erat dominus vite ⁊ mortis: q: habebat teſtimonium ab Helia qui erat adhuc viuus: ⁊ a Moyſe qui iam fuerat mortuus. a Reſpondēs autē Petrus. hic ponitur teſtimonium apoſtolorum qui fuerunt eminentes in nouo teſtamēto. Ad cuius euidētiam q̄ beatitudo eſſentialiter conſiſtit in aſpectu claro ipſius diuinitatis: ⁊ perfecta eius fruitione. Accidentaliter autem conſiſtit in conſpectu humanitatis xp̄i ⁊ delectatione conſequēte per quam ſicut per inſtrumentum coniunctum diuinitati. Sunt ſancti adducti ad gloriaʒ. Iſti autem apoſtoli qui admiſſi fuerunt ad videndum transfigurationem xp̄i non viderunt ipſius diuinitatem: ſicut Paulus in raptu. Sed tantuʒ eius humanitateʒ in forma glorioſa: ⁊ tamen in eius aſpectu fuerunt ſic delectati: q̄ voluiſſent ibi perpetuo manere pp̄ qd̄ dixit Petrus. Domine bonū ē nos hic eē. b Faciamus hic tria tabernacula ad manendum hic .ſ. continue. c Tibi vnum. Non loquitur de tabernaculo faciendo pro ſe ⁊ ſocijs ſuis. q: volebat cum xp̄o eſſe in ſuo tabernaculo: ⁊ ſocij ſui cum alijs duobꝰ. Lucas autem dicit: q̄ loquebatur Petrus neſciēs quid diceret. Sicut enim ex magnitudine paſſionis vt timoris vel amoris aliquis prorūpit in aliqua verba ſine premeditatione: ita ſimiliter ex magnitudine deuotionis ⁊ delectatiōis experte dixit Petrus illa verba: que tamen nō erant rationabilia: quia in ſolo aſpectu humanitatis xp̄i non conſiſtit beatitudinis eſſentia: vt iam dictum eſt: ⁊ ideo illud non debet ſufficere ꝓ finali beatitudine. d Adhuc eo loq̄nte. Hic ponitur teſtificatio diuina: ſicut eniʒ in baptiſmo xp̄i: in q̄ conſiſtit regeneratio ⁊ principiū vite ſpiritualis apparuit tota trinitas: filiꝰ in carne: pater in voce: et ſpiritus ſanctus ī colūbe ſpecie: ita ſimiliter conueniens fuit q̄ appareret in transfiguratione: per quā oñſus eſt terminus: ſeu perfectio vite ſpiritualis: videlicet gloria future reſurrectionis: ⁊ ideo ſicut filiꝰ apparuit ibi ī carne decorata tamen claritate glorie ⁊ ſpiritus ſanctus in lucida nube per q̄ʒ ſignificata eſt plenitudo veritatis xp̄i. predicatione propter q̄ dictum eſt. ipſum audite: pater autem appaurit in voce dicens. e Hic eſt filius meus. ſciliceʒ naturalis: Alij autem ſunt adoptiui. f In q̄ mihi bene complacui .i. in quo diuinum bene placitum complebitur de redemptione mundi: ſequitur. g Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam. Hoc autem factum eſt ad declarationem humane fragilitatis iuxta excellentiam diuine maieſtatis. h Et acceſſit ieſus. ad conſolandum eos ſcilicet. i Et tetigit eos. familiariter ⁊ dulciter eos conſolando ſequitur. k Leuantes autem oculos ſuos neminem viderunt ⁊c̄. Quia Moyſes ⁊ Helias iam receſſerunt: reducti voluntate diuina ad loca vnde fuerant adducti. l Et deſcendentibus. Hic ponitur diſcipulorum inſtructio de viſione prehabita: q: precepit eis ieſus ne viſionem predictam alijs diuulgarent ante reſurrectionem ſuam ne alij audientes chriſtum eis apparuiſſe in forma glorioſa: ſcandeliʒarentur poſtea videntes ipſum pati tā ignominioſe ⁊c̄.

Sequitur expoſitio moralis.

Origines:ſex diebus factus eſt viſibilis mũ
dus igitur qui tranſcendit omnes res mundi
viſibiles poteſt excelſum montem aſcendere ⁊
reſpicere gl'iam verbi dei: Et ecce apparuerũt
eis Moyſes ⁊ Helias cum eo loquentes: Ori
genes: Siquis intelligit ſpũalem legem conue
nientem ſermonibus ieſu ⁊ in prophetis abſcõ
ditam dei ſapiam ille vidit Moyſen ⁊ Heliaꝫ
in gloria cum ieſu. Bonum ẽ nos hic eſſe. ſ. in
contemplatiõis dulcedine. Faciamus hic tria
tabernacula que contemplatiuus moraliter fa
cit quando legem ⁊ prophetas ⁊ euangelium
practice legendo diſponit. ſ. corde credendo:
ore cõfitendo: ⁊ opere adimplendo. Et ecce nu
bes lucida. i. cognitio vera: deo ſubditur. Hic
eſt filius meus dilectus ⁊c. Et ceciderunt diſci
puli in faciem ſuam ⁊c. Nam ſic illuminati ve
nerant. dei maieſtatem nemini dixeritis viſio
nem ⁊c. qꝛ diuina myſteria non ſunt ſemꝑ. ſed
loco ⁊ tempore debitis publicanda.

¶ Queſtio fratris Antonij betontini ſuper
euangelium. Si vis faciamus hic tria taberna
cula. Matthei. xvij. cap.

Utrum alie circunſtantie negociationẽ: vel
mercantiam impediẽtes inueniant͂. Ad qꝺ bre
uiter reſpõdetur: ex multoꝝ ſnĩa. Qꝛ licet pro/
prie ⁊ ſtricte loquendo alie circunſtantie non
inueniant͂ preter infraſcriptas: in queſtione ſu
per eplãm eiuſdem dominice. que mercantiã
habeant impedire. Tamen large loquendo de
ipſius mercantie circunſtantijs tres alie aſſi/
gnari poſſunt. Quarum prima dicitur iniqua
ſeparatio: quia pleriqꝫ ſunt. qui negociationi
nimium intendentes ſine vxoribus longam
moram in longinquis partibus trahunt: tales
autem quantis carnalitatibus ⁊ ſpurcitijs tam
cum fidelibus q̃ꝫ infidelibus inquinentur. quis
exprimere poſſet: Et qꝺ deterius eſt frequentiꝰ
quoqꝫ vxoribus violandi ſacrum matrimoniũ
cauſas multiplices preſtant: qꝛ vt in. c. preſen/
tia. extra de ſponſalibus dĩ. Mulieres ſepius
pro iuuenili etate: ſeu fragilitate carnali neque
unt continere petentes alijs copulari. Naꝫ vt
magiſter ſententiarum diſtin. xxvj. cap. primo
quarti voluminis ait: Qð etiam ponitur a gra
tiano. xxvij. q. ij. ca. j. §. j. Matrimonium eſt vi
ri ⁊ mulieris coniunctio: indiuiduam vite con
ſuetudinem retinens. Quia vt Matth. xix. ca.
legitur. Cum pharisei tentantes dominum pe
tiſſent ab eo dicentes. ſi licet homini dimitte/
re vxorem ſuam. Poſt alia verba audierunt:
quos deus coniunxit homo non ſeparet. Hac
enim intentione ſm Goffredum tranenſeꝫ: vir
⁊ mulier mr̃imonio iungi debẽt: vt ſimul ꝑpe/
tuo maneãt: q̃ꝫuis poſt ꝯtũ mr̃imoniũ: añ car
nalẽ copulã poſſit alter iuito altero religioneꝫ
itrare: tñ poſt cõſumationẽ non niſi volẽte: vñ
Alex. papa priori ⁊ fribus ſancti Joannis ſicut
extra de ꝯuerſione ꝯiugatoꝝ ca. vxoratus ha/
betur ſic ait. Uxoratus ſine licentia vxoris iter
vos nullatenus recipiat͂. Scða diuinoꝝ ſacra/
mentorũ ⁊ officiorũ omiſſio. Multi enĩ iter ĩ/
fideles long ĩ trahẽtes moram: vel ẽt iter fide/
les exiſtentes tantũ tp̃alibus lucris inhiant vt
abſqꝫ ꝯfeſſiõe ⁊ cõione: ⁊ aliquo ſigno xp̃ianita
tis tanq̃ꝫ aĩalia viuant. Proinde. lxxx. diſt. de/
cretoꝝ in. c. qm̃ nõ cognoui. Augu. ait. Merito
dictum eſt negocium: qꝛ negat ociũ: qꝺ malum
eſt: cum non querat verã q̃etem que eſt deus:
Et eccli. xxvij. ca. ſcribitur. Difficile exuitur ne/
gocians a negligentia. ſ. diuinoꝝ ⁊ non iuſtifi/
cabit͂ caupo a peccato labioꝝ. Tertia quidẽ dĩ
vltra ſortẽ reꝝ vſuraria receptio: qꝛ vt Ambro
ſius ait: ⁊ Gratianus. xxiiij. q. iij. ca. pleriqꝫ. Et
ãnotauit q̃ðcũqꝫ ſorti accidit: que ſors ſm legi
ſtas eſt debita quãtitas mutuate rei in materia
occurrẽte vſura ẽ. Unde dñs Hoſti. clarius vſu
rã diffiniens ait. Uſura ẽ cuiuſcũqꝫ ſolutionis
rei mutuate acceptio ipſius rei vſus gratia pa/
ctione iterpoſita: vel hac intentiõe habita in ꝯ
ctu: vel exactione habitũ ex ꝑmo facto: Et lꝫ do
ctor irrefragabilis Alex. de ales dicat in. iij. vo
lumine ſũme. Qð hec vſuraria receptio reruꝫ
vltra ſortẽ fieri poſſit. dũtaxat in illis q̃ mutuã/
tur ſub certo numero ſicut pecunia: Et ſb̃ certo
põdere: ſicut aurũ ⁊ argentũ ⁊ ſilia. Et ſub certa
mẽſura: ſic granũ vinũ ⁊ oleũ ⁊ huiuſmõi alia.
qꝛ in his tm̃ eſt determinatus valor ab arte vl̃
a nã. Ab arte vt in illis que nũerant͂. A nã vt ĩ
illis q̃ mẽſurant͂: ⁊ ponderant͂: ⁊ ſi vltra talẽ va
loris determinationẽ vel artis inueniunt͂ ẽ ꝑꝑ
idigẽtiã nr̃am: nõ ꝑꝑ ipſoꝝ variationẽ in valo
re: Tñ largiꝰ loq volẽtes in ꝑñtiaꝝ in oĩ re ne
gociali eã locamus. Hinc Hieronymꝰ ſuꝑ Eze
chi. li. vj. Qð dictũ. xiiij. q. iij. ca. Putãt in ðcre
to deſcribit͂ ſic. Putãt qdã vſuras tm̃ eẽ in pe/
cunia: qꝺ ꝓuidẽs diuia ſcriptura oĩs rei aufert
ſupabũdãtiã: q̃cqd illud ẽ ſi ab eo qui dederit
plus accepit. vt pluſq̃ꝫ dediſti nõ recipias. Pro

his tribꝰ circūſtātijs in pñti dicere poſſumus. Faciamꝰ hic tria tabernacula.i.faciamꝰ in fine tractatus negociatiōis mētionē de tribꝰ circū ſtantijs:licet non proprijs ad rem hanc.tamen ſatis pertinentibus. Quarum vna deteſtatur per xp̄m ſponſam ſuam eccleſiam di lectam non relin/ quentem. Altera per moyſez legis officia diligen/ tem. Ultima per Heliam: non ſolū vſuram: ſed etiaz cūcta temporalia omnino ſpernētē.

Dñica ſcd̄a in .iiij. Epi. Pauli ad Theſa loni.iiij.cap̄.

Fratres ro gamꝰ vos ꝛ offeramꝰ[a] i domino ie ſu:vt quem moduz[b] accepiſtis a no bis quomō vos opor teat ambulare[c] ꝛ place re deo[d]. Sic ābuletis[e]: vt abundetis magis. Scitis enim[f] que prece pta dederim vobis[g] p̄ dominum ieſum. Hec eſt enim voluntas dei[h] ſanctificatio veſtra[i]:vt abſtineatis[k] vos a for nicatione:vt ſciat vnuſ quiſqz veſtrum ſuum vas[l] poſſidere[m]:in ſan ctificatione ꝛ honore[n] non in paſſione deſide rij[o]:ſicut ꝛ gentes[p] que ignorant deum:ꝛ ne qſ ſupergrediatur[q]: neqz circunueniat[r] in nego cio fratrem ſuum:quo niaz vindex eſt dominꝰ[s] de his omnibus: ſicut prediximus vobis[t]: et teſtificati ſumus[v]. Nō enim vocauit nos[x] de us in imundiciaz:ſed i ſanctificatiōez[y]:in chri ſto ieſu domīo noſtro.

Expoſitio litte/ralis eplē Pauli.

Hic Paulꝰ apls red/ dit theſa/ lonicenſes doci/ les eos de moribꝰ informando: ꝛ de defectibus corri/ gendo:licet enim cōitas eoꝝ eēt ſan cta tamen ibi erāt aliqui de fratribus corrigēdi ꝛ ſpecialiter hac epiſtola corrigit de duobus:que patebunt pro ſequendo. Circa primum ſciendū ꝙ gentiles reputabant fornicationem ſimplicem eſſe lici/ tam:ꝛ ideo propter conſuetudinem priſtinam aliqui de gentilitate conuerſi erant adhuc for/ nicari:propter ꝙ apoſtolus corrigit hoc viciū ad virtutem oppoſitam inducendo dicens.
a Decetero ergo fratres rogamus vos ꝛ obſe cramus.ideſt per ſacram rez adiuramus ꝙ de bet plus vos mouere:q̄z ſimplex deprecatio no ſtra. b Ut quemadmodum ꝛc̄.verbo ꝛ exē/ plo. c Quomodo oporteat vos ambulare:i via morum. d Et placere deo:caſte ꝛ mūde viuendo. e Sic ꝛ ambuletis ꝛc̄.in his ſemp proficiendo. f Scitis enim.i.ſcire debetis. g Que precepta dederim vobis.ideſt de mā/ dato ipſius:cui ſimpliciter eſt obediendum. h Hec eſt enim voluntas dei:ꝛ eius mandato expreſſa. i Sanctificatio veſtra.i. emunda/ tio a carnalibus peccatis. k Ut abſtineatis tanq̄z a deo prohibita:ad eam enim ſequit̄ in certitudo prolis ex vago concubitu que eſt di recte cōtra bonum humane nature:P̄r̄ eni de bet filijs nutrimētum ꝛ documētū:aliter nō poſ ſunt bñ ſtare:nul/ lus autem ſolicitꝰ ē de talibus circa prolē ſibi incertā l Ut ſciat vnuſqſ/ qz vas ſuum.i.cor pus ꝓpriuz quod vas dī eo ꝙ in ipſo for mato per naturā: aīa deo infundi/ tur per creationē m Poſſidere p/ manēte. n In ſanctificatōe ꝛ ho nore.corpus eniz in fornicatiōe de/ ditum de honora tur q: beſtiale effi cit̄.pſal.xlviij. hō cuz in honore eēt nō intellexit. Ubi dī in poſtilla.ꝛ ſci at vnuſqſqz vas ſu um poſſidere:ſecū dū pōt exponi ali ter.ſ.ꝙ nō ſolum ab illicito quis abſtineat:ſed ſciat vnuſqſqz ſuum vas poſſidere.i.vxorē ſuaz in ſanctificatiōe.ſ.vt nō turpiter abutendo eaz poſſideat. o Nō in paſſiōe deſiderij.i.nō ſe/ quēdo paſſionem cōcupiſcētie venereorum q̄ eſt nimis vehemēs. p Sicut ꝛ gētes:ſupple ſequūtur eam credētes fornicationē ſimplicez eē licitaz. q Et ne quis.hic icipit pars ſcd̄a in q̄ corrigit cupiditatis vitiū iducēs ad oppo ſitū. Et p̄mo ponit hāc inductionē.ſcd̄o quādā excuſatōz ibi ꝺ charitate. Circa p̄mū dic̄. Et ne qs ſupgrediat̄:opp̄mēdo primū ab eo extorq̄at iiuſte poſſeſſionē ſuā vel rē aliā. r Neqz circū/ uēiat.ipz decipiēdo vl illaq̄ando debitis p vſu ras.vl p mercatiōes malas ꝛ cōſilia. s Qm̄ videx ē dñs.ꝯuit p̄uiēdo. t Sic̄ p̄dixim9 vob: apō vos exñtes. v Et teſtificati ſumꝰ.i.p teſtio niū ſcripturā oñdimꝰ. x Nō.n.vocauit nos ꝛc̄.i.vt ſuiamꝰ imūditie pc̄ti cuiuſcūqz. y Sz in ſanctificationē.i.vt viuamus ſancte.

¶ Queſtio fratris Antonij betontini ſup eandem epl'am pauli apli. Ne qs ſupergrediatur. neqꝫ circūueniat in negocio fratrem ⁊c.

Ex quibus verbis merito talis queſtio queritur. Utrum liceat aliqua lege in emēdo ⁊ vēdendo decipe ꝓximum. Ad ꝙ breuiter reſpōdeſ ꝙ non. Nam vt in pͥma diſt. decreti. a gratiano notatur ab origine mūdi vſqꝫ ad etatez trina lege humanuꝫ genus gubernatū eſt. nature: ſcripture: ⁊ gratie: ideo quidem lege nature non lꝫ: quāuis .n. ante lapſum pͥmi parentis in ſtatu .ſ. innocentie oia omnibus cōia erant: vt .xij. q. j. ca. dilectiſſimis. Clemēs papa dicit cōis inquit vſus oium que ſunt in hoc mundo: oibus hoibus eſſe debuit. Quia ẜm ſniam doctoris ſubtilis ſuper diſt. xv. iiij. libri ſniarum. q. ij. Uſus rex ſcd̄m rectam rōnez ſic hominibus competē debꝫ ſicut ad pacificaꝫ conſolationē ⁊ neceſſariam ſuſtentationem cōgruere neceſſe eſt: in ſtatu autez innocētie cōis vſus ſine diffinitione dn̄orum ad vtrūqꝫ iſtorum amplius valuiſſet: qꝫ nullus tunc occupaſſet: ꝙ alteri neceſſarium extitiſſet: tamē vt idez ſūmus pontifex in eodem cap. intulit per iniquitatem .i. per ſollicitudinem ẜm glo. que naturali equitati contraria eſt. Hoc alius dixit eſſe ſuum: alius iſtud: ⁊ ſic inter immortales facta eſt diuiſio que iure humano .ſ. imperatorum poſt lapſum primorum parentum: propter tria rationabiliter factum. Ad concludendum .ſ. negligentiam: eo ꝙ agri vel terre in ſolitudinem verterentur: qꝫ ſi agri eſſent cōmunes: cōmune etiam eſſet colere ⁊ ſeminare: ſed patenti experimento cernimus ꝙ de cōmunibus nulli vel modici curāt: ⁊ ideo neceſſaria hominum ſuſtētatio cito deficeret. Ad excludendam inſuper inimicitiam: qꝫ eſſet efficax cauſa ꝙ pax nunqꝫ inter homines haberetur. Nam ſepe contingeret ꝙ eadem re eodem equo: eadem domo: eodem agro: plures vellēt inſimul vti: ⁊ ſic magis cupidus plura ſuper alios occuparet. Sicut de Nembroth Gene. x. ca. legitur vbi dicitur. Cepit Nembroth eſſe robuſtus venator .i. hominum oppreſſor ⁊ extinctor ẜm glo. Ad excludendam etiaꝫ malitiaꝫ eo ꝙ taliter via fraudibus aperiretur. Nam tunc malitioſi puniri non poſſent. qꝫ alienum non acciperent: ſed illa quibus ſibi viderentur indigere protinus allegarent. Et propter hec omnia a ſcdo polliti. Ariſto. Socra. ⁊ Pla. redarguit de communi vſu omniuꝫ rerum. Ex quibus liquet: ꝙ lege nature: nō liceat emēdo ⁊ vendendo ꝓximum decipere. Secūdo preterea non licet lege ſcripture hinc Leuit. xix. ca. Dominus dixit: Nō decipiat vnuſquiſqꝫ proximū ſuum. Ultimo ne longior fiam non licet lege gratie. Cum Matthe. xxij. cap. Dominus dicat Diliges proximum tuum ſicut te ipſum: ⁊ pau. ad Romanos. xiij. cap. dicit. Qui diligit proximum legem impleuit. Quāobrem ex ſentētia doctoris ſubtilis habetur: ꝙ ſaltem tria requiruntur ad hoc vt non ſit aliqua circumuentio in emptione ⁊ venditione. Primo vt non ſit error in ſubſtantia: vt videlꝫ detur auricalcū pro auro: nec vinum limphatum pro puro. Secundo vt non ſit error in qualitate vt .ſ. non detur res corrupta pro ſana. Tertio vt non ſit error ī quantitate ſiue res menſuretur per pondus ſiue per alium modum.

Dn̄ica ſecūda in .xl. euangelium ſcd̄ꝫ Matthe. xvij. cap. ſ. Aſſumpſit ieſus petrum: ⁊ iacobum ⁊ iohannez fratrem eius. Require ante .ſ. in ſabbato ⁊c.

Feria ſcd̄a poſt ſecūdam dn̄icam .xl. euangelium ſcd̄m ioannem viij. cap.

In illo tempore. Dixit ieſus tur-

¶ Expoſitio litteralis.

Hic euangeliſta docꝫ: ꝙ peccātores obſtinati nō audiētes chriſtū nō poſſūt ſequi chriſtum: ſed in tenebris manent. Et diuiditur in duas: qꝫ primo oſtendit eos quibus loquebatur habere huius lucis defectum. ſecundo ſubdit huius defectus remedium ibi dicebant ergo. Circa primum ſciendum: ꝙ recedente ſole viſibili de noſtro hemiſperio cauſantur ibi tenebre: ita ſimiliter xp̄o qui eſt ſol iuſticie ex hoc mundo per mortem recedente iudei pro maiori parte ſunt obtenebrati tenebris infidelitatis: ⁊ in eis obſtinati: ⁊ hoc iuſto iudicio dei qꝫ viderant ſigna in vita eius ⁊ in morte: propter ꝙ gentiles legis ⁊ prophetarum notitiam nō

habentes crediderūt chriſto ſimiliter patet de illo Centurione qui viſis ſignis in morte xp̄i dixit. Vere filius dei erat iſte. vt habet Matthei xxvij.cap. ⁊ ideo iudei qui nō ſolum per miracula viſa: ſed ēt pro oracula prophetaruꝫ predicta poterāt eū cognoſcere verꝫ xp̄z ⁊ per ꝯſequēs merito ſunt a deo dimiſſi: ꝓpter eoruꝫ ingratitudineꝫ: ⁊ ſic excecati totaliter ꝑ obſtinatōeꝫ: ⁊ hoc ē ꝙ dr̄. Dixit ergo eis ieſus. a Ego vado .. ad patrē per morteꝫ ſcd'm humanitatē a quo tamē nō receſſit ſcd'm diuinitatē. b Et queritis. ſ. perſequendo me in mēbris meis: q2 poſt mortem xp̄i: iudei pſequuti ſunt apl'os: ⁊ alios xp̄i fideles vſqꝫ ad mortē vt pꝫ act. viij. cap. c Et in pctō veſtro moriemini. i. propt' pctm̄ veſtrū: q2 ꝓpter perſequtionē xp̄i ⁊ aploꝝ ciuitas hier'lm deſtructa ē. ⁊ tēplū combuſtum: ⁊ populus occiſus ab exercitu romano: vt fuerat a xp̄o p̄dictum expſſius. Luce. xix. cap. ⁊. xiij. hieruſalē hierlm que occidis ꝓphetas ⁊c̄. d Quo ego vado vos nō poteſtis venire. ſ. ad gl'iam patris veſtra īfidelitate hoc impediēte. e Dicebāt ergo. hic cōſequenter ieſus docet remediū ⁊ diuidit' in duas partes: q2 p̄mo huiuſmodi remediū ꝓponit. ſcd'o eius efficaciam oſtendit ibi. Dicebāt ergo. Circa p̄mum ſciēdum ꝙ hoc remediū cōſiſtit inveniēdo ad xp̄m per fidē: qui ē vera lux. ideo diuiditur in duas: q2 p̄mo remediū huius fidei oſtēditur. ſcd'o ad credēdū eos īducit ibi: dicebāt ergo iudei. Prima ī duas: q2 p̄mo ponitur iudeorū interrogatio. ſcd'o ſubditur xp̄i r'nſio in qua dat remediū p̄dictū ibi: ⁊ dicebat. Circa p̄muꝫ ſciēdum ꝙ audierāt iudei xp̄m volūtarie moriturū: vt habetur ꝑ illud iſai. liij. ca. Tradidit in mortē aīam ſuam: que ſcriptura ⁊ totum caplm exponitur de xp̄o ab antiqs doctoribꝰ hebreorū. ⁊ iō iudei deriſorie querebāt de ieſu quē reputabāt falſuꝫ xp̄m. f Nūqd īterficiet ſemetipſum: q2 dixit: quo ego vado vos non poteſtis venire: ſi eni ſerioſe loquerētur de ipletiōe huius prophie dicerēt ſic: Nūqd ex ſimplici volūtate ſepabit' aīa a corpe: qd' pꝫ ex eo ꝙ ſubdit': q̄ ego vado vos nō poteſtis venire. Ipſi eni poterāt ſeipſos īterficē ꝫ nō poterāt aiam ſuā ꝓ volūtate ſua tradere. Sicut fuit ꝓphatū de xp̄o ꝑ Jſaiā. Et in ieſu fuit adimpletum.

bis iudeorum. Ego vado[a] ⁊ queritis me[b]: ⁊ in peccato veſtro moriemini[c]: ⁊ quo ego vado vos non poteſtis venire[d]. Dicebant ergo iudei: Nunquid interficiet ſemetipſum[f]? quia dicit quo ego vado vos non poteſtis venire? Et dicebat eis[g]. Vos deorſum eſtis[h]: ego de ſupernis ſum[i]. Vos de hoc mundo eſtis[k]. ego non ſum de hoc mundo[l]. Dixi ergo vobis: q2 moriemini in peccatis veſtris[m]. Si eni nō credideritis[n]: q2 ego ſuꝫ[o]: moriemi in pctō vr̄o[p].

g Et dicebat. Hic ponit' xp̄i r'nſio: in q̄ dat' p̄dicti vbi intellectus dicens. h Vos deorſum eſtis. i. de maſſa corrupta pōdere originalis pctī: ⁊ iō habetis debitū mortis: ⁊ neceſſitatē moriēdi: ꝓpt' ꝙ ſepatio anime a corpe nō ſubiacet ſimplici vr̄e volūtati. i Ego de ſupnis ſum: q2 ſcd'm deitatē habꝫ eandē naturā cū p̄re ſcd'm hūanitatē aīa ē a deo īmediate: ⁊ corpus formatū ſpūs ſcti virtute ⁊ pp hoc hēbat plenū dn̄ium ſup corpus ſuū ſepando aiam ab ipſo ⁊ reuniendo: ſcd'm ꝙ dicit infra cap. x. Poteſtatem habeo ponēdi animam meam: ⁊ poteſtatem habeo iterum ſumēdi eam: iō ſequitur. k Vos de hoc mundo eſtis: corpore ⁊ affectu. l Ego non ſum de hoc mundo: q2 ſcd'm ꝙ deꝰ precedit mundum vt cauſa effectum nec ē ps vniuerſi: ſcd'm autem humanitatem: propt' virtutem formatiuam: eodem modo ē dicēdum: q2 illa virtus fuit virtus ſpūs ſancti: quantū autem ad animam ⁊ corpus bene ē pars vniuerſi: ⁊ ſic ē de mundo quantū ad ſubſtantiā: nō autē quo ad peccati deordinationē: q̄ de ordinato nomine mundi in ſacra ſcriptura frequēter deſignat': vt pꝫ Joānis p̄mo ca. Et hoc modo iudei erāt de mūdo ꝓpter īfidelitatis pctm̄: propter hoc ſubdit. m Dixi ergo vobis q2 moriemini in pctīs vr̄is: ſupra dixerat in pctō veſtro in ſingulari: q2 p̄ncipale pctm̄ eoꝝ erat pſequtio xp̄i: ſed ad hoc ſequebant' multa alia pctā ꝓpter hoc replicauit hic in plali in pctīs vr̄is. Et ꝯſequēter oñdit remediuꝫ contra iſta mala dicēs. n Si eni nō credideritis: fide formata charitate. o Quia ego ſum vobis. in lege ⁊ prophetis promiſſus. p Moriemini in peccato veſtro.

a Dicebãt ergo. Q̃ñ ſo remedio euadēde mor
tis: ꝙ per fidē xp̄i. Hic conſequēter inducit eoſ
ad credēdum ſibi. Circa ꝙ premittit iudeorũ
interrogatio dicens. b Tu quis es. q. d. Q̃n
de nobis ꝙ tu ſis talis ⁊ tantus ꝙ debebat cre/
di tibi c Dixit
eis ieſus: proban/
do ꝙ debeat cre/
di: ꝑ h̄ qđ eſt oĩuꝫ
creaturarũ princi
pium primuꝫ. ⁊ ꝑ
cõſequens veritaſ
p̄ma infallibil: ⁊ h̄
eſt ꝙ ſubdit.
d Principiũ qui
⁊ loquor vobis: ⁊
q: eſt p̄mũ oĩum
rerũ p̄cipiũ: oĩa
reducit in ſeipſuꝫ
cum ſit finis om/
nium. iõ ꝯſequen
ter oſtendit: ꝙ ad ipſum pertinet oĩum iudici/
um: per ꝙ oĩa reducuntur in ip̄m ⁊ hoc eſt ꝙ
dicit. e Multa habeo de vobis loq ⁊ iudica
re nõ dicit vobis: ad vtilitatē veſtrã: ſed de vo/
bis. ſ. ad malum veſtrũ: ꝙ erit in iudicio futu/
ro. f Sed q miſit me: verax ē: q: adimple/
uit promiſſum de p̄ma promiſſiõe filij: que nõ
eſt ad cõdēnandum vel iudicandũ mũdum. ſꝫ
magis ad ſaluandũ per doctrinã. ideo ſequit.
g Et ego que audiui ab eo hec loquor ĩ mũdo
Dixit enĩ ſe audire a patre. q: in quantuꝫ deus
habet ſciam a patre: tamē tandē cum ipſo: ſicut
⁊ eſſentiam. ſed in quantũ homo habet ſciaꝫ in
fuſam ab eo. h Et non cognouerunt. q: p̄reꝫ
eius dicebat, deum. Hoc tradidit euangeli/
ſta: vt oſtēderet cecitatē eoꝝ: Uerũtñ quia mul
ti iudeoꝝ in morte xp̄i crediderũt vidētes mi/
racula que acciderãt in morte eius vt habetur
Luc. xxiij. ca. Siliter ad predicationē ap̄lorum
multi iudeoꝝ crediderũt poſt mortē xp̄i: vt ha
betur actuũ. ij. cap̄. ideo ſubdit. Dixit ergo eis
ieſus. i Cum exaltaueritis filiũ hoĩs. ſ. ĩ cru
ce in qua fuit extēſus in aere ⁊ per ꝙ exaltatus
a p̄re ſcd̄m ꝙ dī ad philip. ij. ca. humiliauit ſe/
metipſum factus obediēs vſqꝫ ad mortē: mor/
tē aũt crucis: ꝑꝑ ꝙ deus exaltauit illũ. k Tũc
cognoſcetis: q: ego ſum. ſ. vere xp̄s: vtitur aũt
tali mõ loquēdi: vt reducat eis ad memoriam
illud. Exo. iij. ca. Ego ſum q ſum. l Et a me

Dicebant ergo[a] ei: Tu quis es[b]? Dixit ieſus[c] Principium qui ⁊ loquor vobis[d]. Multa q dem habeo de vobis loqui ⁊ iudicare[e]. Sed qui miſit me verax eſt[f] Et ego q̃ audiui ab eo[g] hec loquor mundo. Et non cognouerunt[h]: q: patreꝫ eius dicebat deum. Dixit ergo eis ieſus[i]. Cum exaltaueritis filium hominis[k]: tunc cognoſcetis[l]: quia ego ſum ⁊ a me ipſo facio nihil[m]: ſed ſicut docuit me pater: hec loquor. Et qui me miſit mecum eſt[n] ⁊ nõ reliq̄t me ſoluꝫ quia ego que placita ſunt ei[o]: facio ſē

ipſo facio nihil: q: ſcd̄m ꝙ deus habꝫ totã vir/
tutē operatiuã a patre ſꝫ eãdem: ſicut dictũ eſt
de ſcĩa ſcd̄m ꝙ homo illa natura ē organũ diui
nitatis cõiunctũ. ideo nihil poterat op̄ari niſi
ſcd̄m morē: ⁊ regulationē ipſius dei. iõ ſequit.
m Sꝫ ſicut docu
it me pater hec lo
quor ⁊ q miſit me
mecũ eſt: q: ſcd̄m
deitatē pater ē in
filio ⁊ econuerſo:
ſcd̄m humanitatē
v̄o ipſa deitas eſt
in hoĩe xp̄o ſpali
mõ: per taleꝫ ſcili
cet vnionē: ꝑ quē
modũ nõ eſt in ali
quo alio. n Et
nõ reliquit me ſo/
lum: q: filius ſcd̄ꝫ
ꝙ deus nõ põt ſe/
pari a patre: ſcd̄m v̄o ꝙ homo põt ſeparari de
potētia abſoluta: ſed de potentia ordinata: na/
tura aſſumpta nunq̄ꝫ dimittetur: q: ꝙ ſemel aſ/
ſumpſit nunq̄ꝫ deponet: vt dicit Damaſcenus.
o Q: ego que placita ſunt ei facio ſemper: in/
quãtũ enĩ deus idem vult ⁊ facit ꝙ pater: quia
eoꝝ ē vna volũtas ⁊ op̄atio in quãtũ v̄o homo
ei⁹ volũtas ⁊ op̄atio regulant̄ abſqꝫ aliqua obli
quatione a regula diuine voluntatis: vt patet
ex predictis.

## ¶ Expoſitio moralis.

Dixit ergo eis ieſus: Cũ exaltaueritis filium
hoĩs. ſ. ĩ cruce. Tē cog̃ſcetis q: ego ſuꝫ ⁊c̄. poſt
aũt mortē xp̄i ⁊ ei⁹ aſcēſionē vna die p̄dicante
Petro crediderũt ſimul ⁊ ſemel de iudeis q̃nqꝫ
milia. Et altera die tria milia: vt hētur actu. ij.
⁊. iiij. ca. Sic ēt eſt iter hoĩes ꝙ valor hoĩs pl⁹
appet ⁊ cõmendatur poſt eius mortē q̄ꝫ an̄.

## ¶ Queſtio fratris Antonij betontini. In pctõ vr̄o moriemini. Joãnis. viij. cap̄.

In qb⁹ v̄bis merito q̄rit̄. Utrũ oĩs malitia
ꝯfundit̄ aliquotiens rõne v̄itatis aut corrigit̄
nunq̄ꝫ: maxie eoꝝ qui ꝑpoſito malo: ⁊ nõ igno
rãtia peccãt: hinc Joã. criſo. Ecce enĩ iniq vſu/
rarij: poſtq̄ꝫ audierũt vſuraꝫ oĩ lege deteſtari.
Nũqd cõpũxit eos timor pctĩ? Nũqd cõpeſcu
it eos vel liberalitatis ꝯſideratio. Sed quid?
Aiunt dicētes: nihil niſi pcm̄ lege ꝓhiberi de/
bet. Sed qd vtilitatē ꝓprimo ꝯfert: culpa nõ eē

videt̄:Cōſtat enī ꝙ res que mutuo dat̄ aliquā cōmoditatē ⁊ vtilitatē cōfert illi cui preſtatur: ergo ſcđm equitatē pōt hm̄ōi cōmoditas extimari ꝑcio:⁊ merito cōpenſari: Sed merito his iniquis rn̄deri pōt:ꝙ res mutuata nō confert ei cui facta eſt mutuatio vtilitatē aliquā a rei cōſumptiōe differētem niſi eēt ex induſtria recipientis mutuū q̄ mutuantis ꝓpria nō vꝫ eſſe.⁊ iō nō eſt vēdibilis alio precio mutuanti rei. Ad cuius euidētiā ſciendū ē:ꝙ quedā res:quarū vſus ē ipſaꝝ reꝝ cōſumptio:ſicut vinū ad potū eo vtēdo cōſumimus. In quibus vſus rei a re ipſa ſeorſum cōputari nō debet. ſꝫ cuicūqꝫ vnū ipſoꝝ cōcedit̄ neceſſe ē vt alterū concedat̄ vnde in iſtis ꝑ mutuū trāſfert dn̄ium:Si quis igit̄ ſeorſuꝫ vellet vēdere vinū ⁊ ſeorſum vſum eius bis idē vēdere dinoſcit̄ ⁊ vēdēdo ꝙ non ē ꝯ iuſticiā peccat. Quedā vō res ſunt quarum vſus nō eſt ipſaꝝ ꝯſumptio:ſicut vſus domus ⁊ inhabitatio:⁊ nō diſſipatio:in qbus ſeorſuꝫ pōt vtrūqꝫ cōcedi. puta cum qs cōcedit alteri vſuꝫ domus retento ſibi dn̄io vel ecōtra. Et ꝑꝑ hoc ꝓ vſu domus licite pōt recipi preciū. Res igit̄ que mutuo dant̄ in qbus cōmitti pōt vſura ſūt de numero eaꝝ reꝝ quaꝝ vſus eſt ipſaꝝ ꝯſumptio ſicut ſunt que mutuant̄ ſub certo nūero:vt pecunia ⁊ ſub certo pōdere:vt aurū ⁊ argētum ⁊ ſub certa mēſura vt granū vinū ⁊ oleū: qꝛ in his ſcđm doctorē irrefragabilem impoſitū eſt ꝑcium a natura ꝑter illa que nūerant̄ quib⁹ ab arte preciū impoſitū ē. ⁊ iō pro vſu taliū reruꝫ illicitū ē accipe preciū:ꝙ dꝛ vſura: Sufficit enī accipe equiualēs illius rei que mutuat̄ que oīa talia noīe pecunie itelligi pn̄t. De qua exo. xxij. cap. dꝛ: Si pecuniā mutu.i.ſ. dederis pplō meo paupi q habitat tecū nō vrgebis eū. q̄ſi exactor nec vſuris opprimes:ſꝫ de oī re vltra ſortē accipe pctm̄ ē. ideo Ambroſius li. de dauid. Et eſca vſura ē. Et veſtis vſura ē:⁊ qđcūqꝫ ſorti accidit vſura ē:ꝙ velis ei nomē iponas vſura ē. Unde ꝯtrium defendentibus dꝛ: i pctō vr̄o moriemini

per.

Feria tertia poſt ſecundā dn̄icam .xl. euāgelium ſcđm Matth. xxiij. cap.

In illo tēpore. Locutus ē ieſus ad turbas: ⁊ ad diſcipulos ſuos dicēs. Super cathedrā[a] moyſi ſederunt ſcribi ⁊ phariſei[b] Omnia ergo quecūqꝫ dixerit vobis ſeruate ⁊ facite[c] ſcđm vero opera eorum nolite facere[d]. Dicunt enim: ⁊ non faciunt. Alligāt n. onera grauia ⁊ iportabilia[e]: ⁊ iponūt i hūeros hominū: digito āt

Expoſitio litteras

a Super cathedrā Moyſi ⁊c. hic oñditur iudeos eē iuſte reprobatos qꝛ fuerūt fictores bonitatis. Et diuidit̄ in duas ptes qꝛ ſaluator p̄mo ponit in hac lectiōe hui⁹ fictionis motiuū. ſcđo h̄ motiuum excludit a diſciplis ſuis ibi. Uos autem. Motiuum aūt fuit ſupbia Phariſeoꝝ ⁊ legis pitorum ⁊ hec ſupbia oñdit̄ ex tribus p̄mo ex abuſu ſue ptātis. ſcđo ex ſimulatiōe ſctitatis ibi. Oīa ergo. tertio ex ābitiōe dignitatis ibi. Amāt aūt primos recubitus. Circa p̄mū ꝯſiderādū ꝙ a tpe Moyſi fuerūt ꝯſtituti a deo .lxx. ſenes etate ⁊ ſcia ꝓuecti:q cū Moyſe haberēt curā ppli:⁊ dicebātur iudices ordinarij qꝛ ad ipſos fiebat recurſus in dubijs cāis:magne ēt cāe nō tractabant̄ ſine eis:⁊ iſtud fuit obſeruatū apud iudeos q̄ꝫ diu fuerūt in ꝓtāte:⁊ h̄ eſt ꝙ dicit hic ſaluator. Sup cathedram Moyſi.i. auctoritate iudicandi pplm̄. b Sederūt ſcribe ⁊ phariſei:qꝛ illi q videbant̄ eē magis in pplo periti ad h̄ eligebant̄. c Oīa ergo q̄ dixerit vobis facite:qꝛ ꝓlatis ēt malis ē obediēdū niſi in his q̄ ſūt manifeſte ꝯ deū:⁊ ſunt habēdi in reuerētia q̄ꝫ diu tollerant̄ in officio ſuo:ꝙ pꝫ ꝑ exēplū Dauid q venerabat̄ Saulē regē ſꝫ ſciret cū eē malum ⁊ a deo reprobatū. d Opera aūt eoꝝ nolite facere qꝛ nō ſunt imitādi in malis imo tantū in bonis. e Alligant enim onera grauia ⁊ inportabilia ⁊c. qꝛ ſupra legis precepta cōſtituerant multa ex ſuis traditionib⁹:ſicut pꝫ. ca. xv. que erant ſbditis grauia ⁊ iportabilia. f Digito aūt ſuo nolunt ea mouere.i. modicū conatū ad agēdū talia nolunt apponere. Ex h̄ patet ꝙ ille qui ꝯſtituit legē aliquā:ſꝫ non ſit ſubdit⁹ legi quantum ad hoc ꝙ puniat̄ ꝑ hominē ſi ꝯtrium faciat tn̄ obligatus ē ad legē iplendā:⁊ grauius punietur a deo ſi ꝯtrium fecerit:quia tranſgreſſio eius grauior ē ꝑꝑ ſcandalū:ꝑꝑ ꝙ dicit



BIBLIOTECA MARÉS

ſapiēs: patere legē: quā ipſe tuleris. ⁊ extra de ꝯſtitutiōibus. ca. cū oēs d'. Qd̓ quiſq; iure in altero ſtatuit ipſe eodē iure vti d3: p3 ēt ex ꝑdi ctis ꝙ illi qui ſtatū eccleſie in generali ſeu ali quem ſtatum ecclie in ſpāli onerāt grauib⁹ ſta tutis ſine magna ⁊ euidenti neceſſi tate abutūf ſua po teſtate ſicut facie/ bāt phariſei ⁊ ſcri be. vñ dicit Augu ſtinus ad inqſitio nes iānuarij loq̄ns de religione xp̄iana: ipſam religio/ nem noſtra3: quā d is no ter ieſus xp̄s in pauciſſimis ſacroꝝ celebrationibus vo luit eſſe liberam: quidā ſeruilibus p̄mūt one ribus adeo vt tollerabilior ſit cōditio iudeoꝝ: qui nō humanis preſumptiōibus: ſed diuinis ſubijciuntur inſtitutis. a Omnia ⁊c̄. Hic oſtenditur ſuperbia phariſeorum ex ſimu latione ſanctitatis: q2 hoc faciebant vt eſſent i reuerentia ⁊ honore in populo ⁊ hoc eſt ꝙ di/ cit. Omnia vero opera ſua faciunt: vt videanf ab hominibus. i. propter gloriam humanam: q2 videri in bonis propter gloriam diuinam non eſt malum: ſed magis meritorium: vt di/ ctum. v. ca. b Dilatant philateria ſua. Phila teria ſm qd̓ dicit Hieronymus. Erant queda3 charte in quibus ſcribebatur dechalogus man datorum: ⁊ ponebatur illa charta in capite ad modum corone per hoc ſignificabatur ꝙ debe bant legem in memoriam habere ſm ꝙ dici/ tur Deutero. vi. cap̄. Dicebantur enim philate ria a philare ꝙ eſt ſeruare: ⁊ tora ꝙ eſt lex: q2 erant quedam ſigna ſeruande legis: Phariſei igitur vt viderentur preceteris religioſi facie/ bant ſibi philateria: magis lata: ⁊ ſcribebant in eis dechalogum degroſſiori littera: ⁊ eade3 ra tione faciebāt ſimbrias maiores in pallijs ſuis Que autem eſſent iſte ſimbrie tangitur. ix. ca. ſuper illud verbum tetigit ſimbriam veſtimen ti eius: ꝙ ſic etiam hic declaratur: tetigit ſim/ briam: Xp̄s enim portabat veſtimentum ſuum ad modum iudeorum. Ad cuius euidentiam ſciendum: ꝙ populus iudaicus de quo xp̄s erat naſciturus ſcd̓m carnem debebat pollere qua/ dam ſanctitate ſpeciali pre alijs populis: ⁊ ab

ſuo nolunt ea mouere. Omnia enim opa ſua faciunt[a]: vt videantur ab hominibus. Dila/ tāt eni philateria ſua[b] ⁊ magnificant fimbri/ as. Amāt āt primos re cubitus in cenis: ⁊ pri/ mas cathedras in ſyna gogis[c]: ⁊ ſalutatiōes i foro: ⁊ vocari ab homi nibus rabbi[e]. Vos au tē nolite vocari rabbi. Un⁹ ē n. magiſter vr̄[f].

eis diſtingui ⁊ ideo data eſt eis circunciſio vt quoddam ſignum diſtinctiuu3 in carne: Simi liter data eſt eis lex: vt haberet quēdam ſpecia lem modum viuendi. Similiter preceptū fuit eis in habitu diſtingui: vt patet nūi. xv. cap̄. lo/ quere filijs iſrael: faciant ſibi ſimbri as: ꝑ quatuor an/ gulos palliorū po nentes in eis vit/ tas hiacintinas. Uitte eni3 hiacinti ne que erant cele/ ſtis coloris: deſi/ gnabant ꝙ debe/ bant habere ꝯuer ſationem eminen tem preceteris: ſm ꝙ Paulus dicit ad philip. iij. cap̄. Noſtra autem conuerſatio in celis eſt: Unde ſequitur ibidem numeri. xv. cap̄. vt re/ cordentur mandatorum dei: ⁊ ſint ſancti domi no deo ſuo: talem ergo veſtem portabant pha/ riſei: in qua magnificabant ſimbrias: ꝙ eſt i an gulo pallij. c Amāt aūt. Hic conſequenter oſtenditur ſuperbia eorum ex ambitiōe digni tatis cum dicit. Amant autem primos recubi/ tus in cenis: ⁊ hoc duplici de cauſa. Primo ra/ tione gule: q2 ibi ponuntur fercula meliora: ⁊ ratione ſuperbie: q2 ille eſt locus honorabilior d Et primas cathedras in ſynagogis: vbi cō/ ueniebant homines ad audiendum verbū dei ⁊ ſalutationes in foro. i. in loco patenti. e Et vocari ab hominibus rabbi. Deſiderare enim ſcientiam ⁊ actum docendi nō eſt malum: ſed meritorium: ſed deſiderare nomen tantu3 hoc eſt malum ⁊ ſuperbie peccatum. Si tamen de/ ſideretur nomen ⁊ auctoritas magiſtri: ad hoc ꝙ ſciētia iam habita aliquis melius poſſet vti nō eſt malum: ſed eſt bonum: q2 bonus doctor debet ea querere que faciunt ad efficatiam ſue doctrine verūtamen q2 homo nō eſt magiſter p̄cipalis: ſed ſolu3 deus: ideo dicit. f Un⁹ eſt enim magiſter veſter: q2 ſolus deus poteſt interius docere intellectum illuminando: ſeu poteſt ſpeciem intelligibilem infundēdo ho/ mo autem docet tantum exterius aliqua ꝓpo/ nēdo ex qb⁹ formāf fātaſmata ōbita: a qb⁹ itel lectus agēs facilius abſtrahit ſpē3 itelligibilē ſicut in ſanatiōe hominis nā tm̄ p̄cipaliter. Medicus aut aliq̄ admīſtrat ex qb⁹ nā iuuaf.

a Omnes autem vos fratres eſtis.quia filij dei per creationem ⁊ adoptionem gratie.
b Et patreȝ nolite vocare ⁊c̃.lȝ enim aliquis poſſit vocari pater in terra ratione generationis:doctrine:ſiue etatis.Tñ ſolus deus ē pater principalis: quia ab eo ſolum habemus animam intelectiuā que ē forma hominis: pater eſt ille qui dat formam. c Nec vocemini magr̃i ⁊c̃. ſicut iam ſupra expoſitum eſt.
d Qui maior ē veſtrū. ideſt vult eſſe ſm veritatem. e Erit miniſter veſter.i. paratus ad officia humilitatis:ſm decentiam ſui ſtatus:propter hoc papa vocat ſe ſeruus ſeruorum dei. f Qui auteȝ ſe exaltat:in preſenti per ſuperbiam. g Humiliabitur. in futuro per gehenne penam.

re naſcitur ꝙ eã exterminat:ſicut in ligno vermis:⁊ in veſtimento tinea. Unde ſacerdotum miniſterium qui poſiti ſunt ad edificationem ſanctitatis corrumpere diabolus nititur ⁊ hoc ipſum bonū:dū ꝓpter homines ſic fiat malum

Omnes autem vos fratres eſtis[a]. Et patrē nolite vocare[b] vobis ſup terram. Unus eſt enim pater veſter: qui in celis eſt. Nec vocemini magiſtri[c]: qꝛ magiſter veſter vnus eſt chriſtus Qui maior eſt veſtruȝ[d] erit miniſter veſter[e]. Qui autem ſe exaltauerit[f] humiliabitur[g]: Et qui ſe humiliat exaltabitur.

Amāt primos recubit⁹ in cenis ⁊c̃. Iſta recipere cuȝ exhibentur ordinate non eſt malū ſed ipſa cōcupiſcē Et patrem nolite vobis vocare ſup terram:non excludit exhibitionem honoris debiti:ſȝ indebiti.ſ.vt propter adulationem vel aliquid hmōi nō fiat.

Expoſitio moralis eiuſdem euangelij.

Tunc locutus eſt ieſus ad turbas ⁊c̃. Omia ergo quecūqȝ dixerit vobis ſeruate ⁊ facite:ſȝ aūt opera eorūȝ nolite facere. Hoc generaliter intelligendum eſt de omnibus bene docentibus ⁊ male viuentibus. Nam eorum doctrina debet acceptari: et vita repudiari. Alligāt enī onera grauia ⁊c̃. Hieronymus hoc generaliter dicitur aduerſus omnes magiſtros qui grandia iubent:⁊ mīora non faciunt. Criſoſto. Tales autem ſunt qui graue pondus venientib⁹ ad penitentiam imponunt: ⁊ ſic dum preſens pena fugitur:contēnitur futura. Si enim faſcē ſuper humeros adoleſcentis quā nō pōt portare poſueris:neceſſe habet vt aut faſcem reijciat:aut vt ſub onere cōfringatur. Sic ⁊ homini cui graue pondus penitentie imponis neceſſe eſt vt aut penitentiam reijciat:aut ſuſcipiēs dū ferre nō poteſt ſcandalizatus amplius peccet. Deinde ſi erramus modicam penitentiaȝ imponendo:nonne melius eſt ꝓpter miſericordiam reddere rationem qȝ ꝓpter crudelitatē vbi paterfamilias largus eſt diſpenſator non debet eſſe tenax. Omnia vō opera ſua faciunt vt videant ab hominib⁹ ⁊c̃. Criſoſto. In omni

Queſtio fratris Antonij betontini:ſm vero opera eoꝝ nolite facere. Matth.xxiij. cap
Super quibus verbis queri poteſt. Utrum ſimonia ſit hereſis. Ad quod breuiter rñdet ſm ſententiaȝ ſancti Thome ſuper diſtin.xxv. iiij.lib ſententiarum.⁊ etiā ſa ſe.q.centeſſima Atqȝ ſm doctorem noſtrum Alex.Et Durādū parte.iiij.ij.lib.diſtin.xj. Q. lȝ proprie ⁊ per ſe loquendo:Simonia hereſis non iudicetur cū aliquā falſam opinionem in fide nō habeat tñ omnes ſimoniaci ꝓpter ſimilitudinem actus: heretici nuncupantur:quia ita operantur ac ſi extimarēt donum ſpiritus ſancti pecunia poſſideri:que extimatio eſſet heretica. Uñ Greg. in regiſtro dicit. Cum omnis auaritia ſit idolorum cultus quiſqs hanc eccleſiaſticis dignitatibus dandis:non precauet vulgariter infidelitatis perditioni ſubiacebit: etiam ſi teneret fidem quā negligit videatur. Et.j.q.j. cap. Eos.ſic habet. Tolerabilior eſt macedonij et eorum qui circa ipſum ſunt ſpiritus ſancti impugnatoꝝ impia hereſis qȝ ſimonia. Illi enim heretici creaturam ⁊ ſeruum:patris ⁊ filij: ſpiritum ſanctum fatentur delirando. Sed iſti ſimoniaci eundem ſpiritum ſanctum efficiunt ſeruum. Et in eodem loco decretorum.q.vltīa cap. patet.ſic ſcribitur. Patet ſimoniacos velut primos ⁊ precipuos hereticos ab oībus fidelib⁹ eſſe reſpuendos. Et infra. Oia enī crimina ad cōparationeȝ ſimoniace hereſis: quaſi pro nihilo reputantur. Uñ dñs noſter phariſeos

qui ſuper cathedram moyſi ſedebant ſimoniacos eſſe conſiderans: Ait oibus chꝛiſtianis ſm opera coꝛum nolite facere.

Feria.iiij.poſt ſecundã dñicam quadrageſime euãgelium ſcðm Matheum.xx.cap.

In illo tpe Aſcendẽs ieſus[a] hieroſolimaꝫ: aſſũpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto[b]: ⁊ ait illis. Ecce aſcendim⁹ hieroſolimã ⁊ filius hominis tradet principibus ſacerdotũ ⁊ ſcribis[c]: ⁊ condemnabunt eum moꝛte[d]: ⁊ tradent eum gentibus[e] ad illudendũ ⁊ flagellãdũ ⁊ crucifigendum[f]: ⁊ tertia die reſurget[g]. Tũc[h] acceſſit[i] ad eum mater filioꝛum zebedei cum filijs ſuis[k]: adoꝛãs ⁊ petens aliqd ab eo[l]. Qui dixit ei[m]. Quid vis? Ait illi[n]. Dic vt ſedeãt hi duo filij mei: vn⁹ ad dexteram tuã ⁊ vn⁹ ad ſiniſtraꝫ tuam in regno tuo. Reſpondens autẽ ieſus. Neſcitis qd peta

Expoſitio litteralis

Et aſcendens ieſus. Hic ſaluatoꝛ oñdit: ꝙ in pꝛelatis debet eſſe vigoꝛ ad tolerandum martyrium ſi neceſſe ſit ꝓ cõmiſſo ſibi grege. Et hoc docet ꝑ exemplũ ſui: qui voluntarie venit in hieruſalem ad ſuſtinendum moꝛtem pꝛo ſalute mũdi. Vñ beat⁹ Gregoꝛius expones illud Joãnis.x.ca. Ego ſũ paſtoꝛ bonus ⁊ animã meã pono pꝛo ouibus meis: dicit de ſe ⁊ alijs pꝛelatis. In hoc oſtenſa eſt nobis via quã ſequamur: ⁊ hoc eſt qð dicit. a Et aſcẽdẽs Jeſus hieroſolimã: i. que reſpectu totius terre pꝛomiſſionis eſt in alto ſita: ⁊ propter hoc venientes illuc ab alijs partibus ibãt aſcendẽdo b Aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto. ⁊ h̄ duplici de cauſa. Una ẽ quia ſecretũ myſterium ſue paſſionis futurũ volebat aplis cõiter pꝛe alijs reuelare: ne videntes eum poſtea moꝛi ignominioſe ſcandalizarent̃. Scða eſt qꝛ ſecreta myſteria ſunt tm̃ maioꝛibus reuelanda ⁊ detegenda. Cuiuſmodi erant apoſtoli. ſequit̃ c Filius hois tradetur ꝑncipibus ſacerdotũ ⁊ ſcribis. i. legis peritis: qꝛ eis per iudam fuit traditus ⁊ venditus. d Et cõdẽnabũt eum moꝛte: quia ipſi iudicauerunt eum eſſe reum moꝛtis lꝫ non haberent poteſtatem interficiẽdi: quia iudicium ſanguinis erat eis ablatum a romanis qui dominabantur eis: ideo ſequit̃ e Et tradent eum gentibus. videlicet Pillato pꝛeſidi ⁊ ſuis militibus ad perficiendũ illð qð non poterant: videlꝫ xp̄i moꝛtem. Et hoc ẽ qð ſubditur. f Ad illudendũ ⁊ flagellãdũ ⁊ crucifigẽdum. Iſta enim tria inflicta ſũt xp̄o per oꝛdinem vt videbitur infra. g Et tertia die reſurget. Hoc autem ſubdit xp̄s: ne apli ei⁹ moꝛte audita pꝛe triſtitia abſoꝛberentur.

h Tunc acceſſit. Hic oſtendit tertio ꝙ ꝑlatis debet eẽ tenoꝛ humilitatis: quia nõ debent appetere pꝛeeſſe. Et diuidit̃ in duas ptes: quia pꝛimo ponit̃ hui⁹ documenti occaſio. Scðo ſubiũgit̃ humilitatis iſtructio. ibi ieſus autẽ vocauit. Circa pꝛimum aduertẽduꝫ ꝙ iudei exiſtimabant xp̄m per pꝛophetas pꝛomiſſuꝫ regnaturum tempoꝛaliter in ierl̃m qꝛ ſcripturas ð regno xp̄i carnalit̃ intelligebant: ⁊ iõ regnum ablatum ab eis per romanos credebant ſibi reſtituendum per chꝛiſtuꝫ: pꝛopter qð apl̃i dicebant xp̄o Actuũ. j. Dñe ſi i tpe hoc reſtitues regnũ iſrl̃. Et hoc mõ Jacob⁹ ⁊ Joannes filij zebedei ⁊ mater eoꝝ audientes xp̄m poſt moꝛtem tertia die reſurrecturuꝫ crediderunt ipſum imediate poſt reſurrectioneꝫ regnaturum in ierl̃m tempoꝛaliter. Et iõ cupientes ei eſſe collaterales pꝛeceteris: qꝛ erant eius cognati germani infoꝛmauerũt matrem ſuam de petitione ſequenti: ⁊ hoc eſt qð dı̄̆ h.

h Tunc. audita reſurrectione xp̄i futura.

i Acceſſit ad eum. ideſt ad xp̄m. k Mat̃ filioꝛum zebedei cuꝫ filijs ſuis. conſcijs de petitione matris. l Adoꝛans ⁊ petens aliquid ab eo: non petijt ꝑmo in ſpeciali ⁊ determinate: ſed tm̃ in generali: vt cõceſſione facta in generali ꝑmo minus poſſet poſtea denegari ſibi in ſpeciali. m Qui dixit ei quid vis. Non petijt vt inſcius: ſed vt petitio ſua poſtea efficacius oſtendat̃ irrationabilis. n Ait illi. dic vt ſedeant hi duo filij mei ⁊c. i. ſint tibi collaterales ⁊ maioꝛes poſt te in regno tuo. qð qdeꝫ regnum tuũ credebant tꝑale: vt dictum ẽ: nec

tis[a]. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum[b]? Dicunt ei. Poſſumus[c]. Ait illis[d]. Calicem quidē meū bibetis ſedere aūt ad dexterā meā ⁊ ad ſiniſtrā[e] nō eſt meum dare vobis. Sed quibus paratum eſt a patre meo[f]. Et audientes decē[g] indignati ſunt de duob⁹ fratribus[h]. Jeſus autē vocauit eoſ ad ſe[i]: ⁊ ait[k]

Scitis qꝛ pꝛincipes gētium dñantur eoꝝ: ⁊ q maioꝛes ſunt poteſtate exercent inter eos: non ita erit inter vos. Sꝫ quicūqꝫ voluerit īter vos maioꝛ fieri ſit veſter[l] miniſter. Et q voluerit inter vos eſſe pꝛimus: erit veſter ſeruus. Sicut filius hoīs nō venit miniſtrari ſed miniſtrare: ⁊ dare animā ſuā in redēptionē ꝓ multis.

eſt mirum ſi talia apłi credebant ⁊ appetebant qꝛ adhuc carnales erant: ⁊ nondū illuminati perfecte: nec ꝯfirmati per gr̄am ſpiritus ſancti a Reſpondens autē ieſus dixit. Neſcitis qd petatis: Reſpndit filijs ⁊ matri: qꝛ ſciebat ipā miſſam a filijs: ⁊ informatam de petitione facienda ꝑ eis. b Poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus ſū idest ſuſtinē moꝛtē ignominioſā ⁊ crudelē: quam ego paſſus ſum: et per quā debeo venire ad regnū: nō tpale vt creditis: ſed eternum. c Dicūt ei poſſumus. loquūt ſicut inexperti ꝓpe fragilitatis: qđ patuit per effectum: qꝛ in paſſione xpi fugierunt pꝛe timoꝛe moꝛtis. d Ait illis: Calicē qdē meū bibetis: qꝛ Jacobus ꝓpter xp̄m ab herode eſt occiſus: vt habet Act.xij.cap. Et Joannes in dolium feruentis olei ꝓpter xp̄m miſſus eſt. ⁊ ſic patet qđ habuit pꝛomptā voluntatē moꝛiēdi pꝛopter xp̄m: fuit etiam miſſus in exilium ꝓpter ip̄m. Exiliū aūt eſt quedam moꝛs ciuilis: e Sedere autē ad dexteram meā: vel ad ſiniſtrā non eſt meū dare vobis: in illo ſupple ſtatu ī quo eſtis. i. nō dū humiliaſtis adhuc carnalibus. f Sꝫ qb⁹ paratū ē a pr̄e meo. i. vere hūilib⁹ ⁊ ſp̄ualia ſapientibus. g Et audientes decē. ſ. apoſtoli h Indignati ſunt de duobus fratribus. aliquid humanum paſſi: quia adhuc erant carnales ſicut ⁊ illi: ⁊ ideo indignati ſunt ꝙ excellentiam ſuper alios habere voluerunt. i Jeſus autem. Hic conſequenter inſtruit diſcipulos ſuos de humilitate ex pꝛehabita occaſione: vt ambitionem Jacobi ⁊ Joannis repꝛimeret: ⁊ indignationem alioꝛum ſedaret. k Et ait Scitis quia pꝛincipes gentiū. quaſi dicat. maioꝛitas in regno meo non eodem modo acquiritur: ſicut in regno terreno: quia in regno terreno acquiritur per ambitionem ⁊ poteſtatē Sed in regno meo contrario modo acquirit. videlicet per humilitatem pꝛopter quod dicit l Quicūqꝫ voluerit inter vos maioꝛ fieri. ſit veſter miniſter. i. ſe exerceat in obſequijs humilitatis: ⁊ quia in moꝛalibus: magis mouent facta qꝫ verba. Jdeo inducit ſuiipſius exemplū dicens. Sicut filius hominis nō venit miniſtrari: ſꝫ miniſtrare ⁊c.

Expoſitio moralis.

Et aſcendēs ieſus hieroſolimā Hieronym⁹. Dominus crebꝛo de paſſione ſua diſcipulis ante pꝛedixit: ne cum veniret perſecutio et crucis ignominia ſcandalizarentur: ⁊ tertia die reſurget. Criſoſto. Qđ quidem huius gratia dicit: vt cum viderent triſtia reſurrectionem expectarent. Tunc acceſſit ad eum mater filioꝛum zebedei: per iſtos qui per matrem petierunt a chꝛiſto pꝛe ceteris diſcipulis honoꝛari: eo ꝙ erant eius conſanguinei: ſignificantur ambitioſi: qui habentes pꝛelatum conſanguineum volunt per hoc in eccleſia pꝛe ceteris pꝛomoueri: quibus bene reſpondetur: neſcitis qd petatis: nam honoꝛes eccleſie: non ſunt diſpēſandi ex pꝛopinquitate ſanguinis. Sed ex idoneitate perſonarum ratione ſcientie ⁊ virtutis: iō ſubditur: Poteſtis bibere calicem ⁊c. idest ſuſtinere martyrium ꝓpter deum: ⁊ audientes decē indignati ſunt de duobus fratribus. Criſoſtomus. Sicut duo carnaliter petierunt: ita ⁊ decem carnaliter contriſtati ſunt: nam velle ſuper omnes eſſe vituperabile eſt non ſuſtinē alterum ſuper ſe nimis eſt glorioſum non ita erit inter vos ⁊c. Criſoſto. Pꝛincipes mundi ſunt vt dominentur minoꝛibus: ⁊ eos ſubijciāt ſeruituti. pꝛincipes autem eccleſie ſiunt vt ſeruiant minoꝛibus ſuis ⁊ miniſtrent eis quecunqꝫ a chꝛiſto receperūt: ⁊ ſuas vtilitates negligāt ⁊ illoꝛum pꝛocurent ⁊ moꝛi non recuſent pꝛo ſalute inferioꝛum. Sequit queſtio.

o

Queſtio fratris Antonij betontinij. Filius hois traditur ⁊c̄. Marth. xx. cap.

Ex quibus verbis queritur. Utrum auaritia ſit maximū peccatoꝝ. Et breuiter reſpondēdo. Ratōe: aucto. ⁊ exēplo. ps dubitatiōis affirmatiua tenetur.

¶ Prio eni auaritiam eſſe oium peccatorum maximū qđ ſāct⁹ Tho. ſa ſe. q. cxviij. ſic ratiōe demōſtrat omne peccatuȝ ex hoc ipſo qđ malū eſt in quadam corruptione: ſeu ꝑuaricatione alicuiuſ boni conſiſtit: ſed in quantum volūtariuȝ eſt aliquod apparens bonuȝ: et inordinatione appetitus elegit. Dupliciter ergo ordo peccatorum poteſt conſiderari. vno modo ex parte boni quod per peccatum contemnitur vel corrumpitur: qđ quāto magis eſt: tanto graui⁹ offenditur: quia graue peccatum eſt cōtra res exteriores. Auaritia grauius contra hominuȝ cordis malitia: grauiſſimū contra deum ſuperbia. Alio modo ex parte boni qđ per peccatuȝ eligitur: cui appetitus human⁹ inordinate ſb/ditur: qđ quando minus eſt: tanto peccatū grauius atq3 deformius extimatur. Et quia inter omnia bona cōmutabilia minora ſunt iſta temporalia circa que magis precipue conſiſtit auaricia: ideo huius reſpectu oibus peccatis grauior eſt auaritia. Q2 ſcđo grauior ſit hoc pctm̄ auctoritate ꝓbatur Eccleaſtici enim. x. ca. ſcribitur. Auaro nihil eſt ſceleſtius: ⁊ infra. Nihil eſt iniquius q̄3 amare pecuniaȝ. Hic eni ⁊ aiaȝ ſuam venalem habet: qm̄ in vita ſua proiecit i/tima ſua. Et Hieronymus ad Heliodorum ait Apoſtoli diſce ſententiam qui ait. Hoc eni ſcitote intelligentes: quia omnis fornicator: aut imundus: aut fraudator: aut maledicus: aut auarus ꝙ eſt idolorum ſeruitus non habet hereditatem in regno xpi ⁊ dei. Et quāq3 generaliter aduerſus deum ſapiat qcquid diaboli eſt: ⁊ ꝙ diaboli eſt idolatria ſit: cui idola omnia mancipātur: tn̄ in alio loco peciallr nominatimq3 determinat dicens. Mortificate membra veſtra que ſunt ſuper terram: deponentes fornicationem: imundiciam: concupiſcentiam malam: ⁊ cupiditateȝ: ⁊ auaritiā: que ſunt idoloꝝ ſeruit⁹ ꝓpt̄: que venit ira dei i filios diffidentie. Quis igit̄ negabit auaritiā oium pctōꝝ eſſe gruiſſimā: q̄ idolatria ꝓprie iudicat̄. Ad h̄ etiā euangelice lectiōis hodierne iducit exēplū: qđ eā auaritiā oñdit oiuȝ pctōꝝ eē grauiſſimā: qm̄ ꝑ eā fili⁹ hois a iuda tradit̄ ꝓncipib⁹ ſacerdotū: ⁊ ſcribis ſic̄ dī Mat. xx. ca. Fili⁹ hois tradit̄ ꝓncipib⁹ ſacerdotū.

## Feria qnta poſt ſcđam dñicam quadrageſime euangelium ſm̄ Lucā. xvj. cap.

In illo tēpore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam[a] erat diues[b]: ⁊ induebat̄ purpura ⁊ byſſo[c]: ⁊ epulabatur quottidie ſplēdide[d]. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus[e] qui iacebat ad ianuam eius[f] vlceribus plenus: cupiens ſaturari de micis[g] que cadebant de menſa diuitis[h] et nemo illi dabat[i]. Sed et canes veniebant ⁊ lingebant vlcera eius[k].

### Expoſitio litteralis.

Homo qdā erat diues. Hic iducit euāgeliſta: exēplū ad ꝓuocandū hoies ad opa mīe ex diuite dānato ꝓpt̄ defectuȝ pietatis ⁊ mīe. Et nō dī h̄ ꝙ ſit parabola: q2 ſm̄ doctores eſt narratio rei geſte. Dicit ergo.

a Hō qdā ſm̄ ꝙ dic̄ Greg. nō exꝓmit̄ nomē eius: q2 nō erat a deo cognit⁹ ꝑ approbatōeȝ ſ3 ꝙ dic̄ ſaluator reprobatis Mat. xxv. ca. Nūq̄3 noui vos. Diſcedite a me ⁊c̄. b Erat diues: ecce ſuꝑfluitas in cenſu. c Qui iduebat̄ purpura: ecce exceſſus i veſtitu. d Et epulabat̄ q̄t tidie ſplēdide. excedēs inuictu. e Et erat qdā mēdic⁹ noie lazarus. exꝓmit̄ āt ei⁹ nomē quia erat deo cognit⁹: ꝑ approbatōeȝ: ſic̄ ⁊ moyſi dixit Exo. xxiij. ca. Noui te ex noie: ⁊ ex h̄ dic̄ Ambroſius. Hic ꝙ ē magis narratio q̄3 parabola. f Qui iacebat ad ianuā ei⁹ vlcerib⁹ plen⁹: vt ex vicinitate magis appareret duritia diuitis ⁊ ꝓbaret̄ patiētia paupis. g Cupiēs ſaturari de micis: nō dic̄ de ꝑcioſis. h Que cadebāt đ mēſa diuitis: i q̄ appet maxia duritia eo qđ perire ꝑmittebat̄: vn̄ paup poſſat ſblenari. i Et nemo illi dabat: q2 tali dño talis familia etiā cōformabat̄ i mētis duritia. k S3 canes veniebāt: ⁊ lingebāt vlcera ei⁹: ecce brutalis pietas i lingēdo vlcera paupis arguit duritiā diuitis: q2 curialiores erāt canes paupi q̄3 cor dis.

Factum eſt autē vt mo
reretur mendicus[a] et
portaretur ab angelis[b]
in ſinum Abrae. Mor
tuus eſt autez ⁊ diues[c]
⁊ ſepultus eſt in infer-
no[d]. Eleuans autē ocu-
los ſuos cum eſſet i tor
mentis[e] vidit Abraam
a longe[f]: ⁊ lazarum in
ſinu ei⁹. Et ipſe clamās
dixit. Pater Abraā mi
ſerere mei:[g] ⁊ mitte La
zarum[h] vt intingat ex-
tremum digiti ſui in a-
quā: vt refrigeret lin-
guam meam[i]: quia cru
cior in hac flāma. Et di
xit illi Abraam: Fili re
cordare quia recepiſti
bona in vita tua[k]: ⁊ la-
zar⁹ ſimilit̄ mala. Nūc
autem hic conſolatur[l]:
tu vero cruciaris[m]. Et
in his oībus inter nos
⁊ vos[n] chaos magnuz
firmatum eſt: vt hi qui
volunt hinc trāſire[o] ad

a Factum eſt autem vt moreretur mēdicus.
In patientia que opus perfectum habet ꝓbat̄.
b Et portaret̄ ab angelis ⁊c̄. i. ad limbuz ſan/
ctoꝝ patrum: vbi deſcendebāt iuſti morientes
anteq̄ȝ impedimentū generale glīe p̄ paſſionē
xp̄i eſſet āmotuz.
c Mortuus eſt
autem ⁊ diues. q̄ꝛ
diuitie nō poſſunt
a morte ſaluare.
d Et ſepultus ē i
inferno. ſ. dānato
rum: q̄ꝛ erat dia-
boli parrochian⁹
ei p̄mitias reddēſ
bona tp̄alia in illi
citis conſumēdo:
⁊ horis eis audiē
do cantilenis diſ/
ſolutis ⁊ maliſ ver
bis intendendo.
e Eleuans aūt
oculos ſuos cum
eſſet in tormentis: q̄ꝛ eius oculi aperti erant p̄
penam: qui ante fuerant clauſi per culpam.
f Uidit Abraam a longe: q̄ꝛ multum etiā an̄
apertionē ianue celeſtis diſtabat ſtatus electo/
rum: a ſtatu reprobatoꝝ intantū ꝙ impoſſibil̄
erat tranſitus ab vno in alium: vt dicitur infra
Ex hoc aūt loco dicit Gregorius ſuper Lucā.
⁊ ponitur. iiij. ſententiaꝝ in fine ꝙ infideles in
imo. i. in inferno poſiti ante diem iudicij fide/
les ſuper ſe in requiem attendunt: quorū gau/
dia poſt contemplari non poſſunt. qualiter āt
intelligendum ſit dictum beati Gregorij. Ma
iorum diſcritioni ⁊ iudicio dimitto. Sed qđ
damnati vſq̄ȝ in diem iudicij videant gloriam
beatorum: vt videntur verba ſonare non habe
tur ex hoc loco ſufficiens argumentum: q̄ꝛ ſal/
uator narrauit hic rem geſtam vt predictū eſt
⁊ per conſequens factam ante chriſti paſſionē
Ex quo ſequitur ꝙ Abraam ⁊ Lazarus nondū
erant in gloria celeſti: ſed in limbo ſanctorum
patrum g Pater Abraam. hunc falſo vocat
eum ⁊ pro nihilo patrez quē in operibus miſe
ricordie noluit imitari. Unde ſaluator Joānis
viij. c. dic̄ iudeis. Uos ex p̄re diabolo eſtis ⁊c̄.
h Mitte Lazarum irrationabiliter petijt il/
lum ad ſe iuuandū mitti: cui micas panis nolu
it mittere eſurienti. i Ut refrigeret linguā
meam ibi: plus cruciabitur: quia per eam plus
peccauerat ſ̄m duo officia nature in quib⁹ lin
gua deſeruit ſcȝ guſtu ⁊ loquele: vt habetur. ij.
de anima. qđ autem per linguam in officio gu
ſtus peccaſſet patet per illud quod ſup̄ dictum
eſt. Epulabat̄ quo
tidie ſplendide: ſi
militer in officio
loquele: quia int̄
epulas ſplēdidas
maxime relaxa//
tur lingua ad lo//
quendum inepta
Notandum tamē
hic ꝙ lingua ⁊ di/
gitus metaphori/
ce dicuntur ī ani
mabus ſeparatis:
quales erant ani/
me lazari ⁊ diui//
tis: Sicut in deo
qui ſp̄us eſt: Ma/
nus dicitur virt⁹
eius operatiua: ⁊ ſimiliter in lazaro hic per di
gitum intelligitur virtus eius auxiliatiua: per
linguam diuitis virtus conceptus mentis ex/
preſſiua. k Fili recordare quia recepiſti bo
na in vita tua: hoc dicitur ſibi ad augmentum
ſue pene: quia maximum infortunij genus eſt
fuiſſe felicem: vt dicit Boetius p̄mo de conſo/
latione. l Nunc autem hic conſolatur. ꝓpt̄
ſcȝ meritum patientie. m Tu vero crucia//
ris. propter defectum miſericordie.
n Et in his omnibus inter nos ⁊ vos: chaos
magnum firmatum eſt. ideſt diſtantia magna
meritorum ⁊ ſtatuum firmata eſt rigore iuſti/
tie diuine vt impoſſibilis ſit tranſitus ab vno
ſtatu in alio: ideo ſubditur. o Ut hi qui vo
lunt hic tranſire ⁊c̄. quia anime ſeparate ſunt
extra ſtatum meriti: ꝙ aūt damnati vellent ve
nire ad locum electorum ſi eſſet poſſibile non
eſt dubium. Sed de electis ꝙ vellent ire ad lo
cum damnatorum videtur falſum. Ad quod
dicendum ꝙ non vellent ire illuc ad manēdū:
vellent tamen ire illuc ſi eſſet poſſibile ad pro
pinquos ſuos liberandum. Iſtud tamen velle
intelligitur ſ̄m voluntatem naturalem: nō aūt
ſ̄m voluntatem deliberatiuam in qua confor/
matur ſimpliciter diuine iuſtitie.
Sequitur: Factū eſt aūt.

a Rogo ergo te pater vt mittas eum in do/mum patris mei. Dixit hec nō charitate duc⁹ cum illam non haberet: ſed timore ſerui ne in ipſorum conſortio eius pena augeretur: qꝛ fuerat eis occaſio peccandi: tum ratione diuitiaꝝ quas eis dimiſe/rat ad vſum: tum exemplo male vi/te qȝ eis dederat ad ſequendum.
b Et ait illi ha/bēt Moyſen: qui docuit moralia a/gendo. c Et ꝓ/phetas: qui docue runt miſtica ⁊ cre denda. Et iſta ſuf/ficiunt ad ſalutem Ideo ſequitur.
d Audiant illos.

vos. nō poſſint neqꝫ inde huc tranſmeare. Et ait. Rogo ergo te pater vt mittas eum i domū patris mei[a]. Habeo enī qnqꝫ fratres vt teſtef illis: ne ⁊ ipſi veniant in locum hunc tormentorum. Et ait illi Abraā[b] habent Moyſen ⁊ prophetas[c] audiant illos[d]. At ille dixit: Non pater Abraam[e]: ſed ſi quiſ ex mortuis ierit ad eos penitētiam agent. Ait autem illi. Si moyſen ⁊ prophetas[f] non audiūt neqꝫ ſi quis ex mortuis reſurrexerit credēt.

Ex hoc patet ꝙ iſte diues ⁊ amici eius erāt de gente iudeoꝝ: qꝛ gētiles non hēbant doctrinā Moyſi ⁊ prophetarum. e Nō pater Abraā ſed ſi quis ex mortuis ⁊c̄. Moti ex nuntio: ſic mirabiliter eis apparente. f Si moyſen ⁊ prophetas non audiunt ⁊c̄. Hoc patuit per effectum: quia Lazaro reſurgenti: ⁊ chriſto te/ſtimonium perhibenti non crediderūt: ſꝫ ma/gis interficere eum voluerunt: vt habetur Jo. xij. cap. Similiter nec chriſto reſurgenti: ſꝫ magis ſuaſerunt falſo ipſum non ſurrexiſſe. Et corpus eius a diſcipulis ſuis furatum fuiſſe. vt ha/betur Matth. vltimo.

Expoſitio moralis

Homo quidam erat diues ⁊c̄. Hoc expoſui litteraliter de diuitijs fortune: quia ſm docto/res catholicos non ponitur hic parabola: ſed narratur res geſta: Nunc autē exponi poteſt de diuitijs nature ꝑdictis: ⁊ quia cōmuniter eſt etiam diues in temporalibus ⁊ ſuperbus. Ideo ſubditur. Qui iduebatur purpura ⁊ byſ/ſo ⁊c̄. Ecce pompa veſtium: ⁊ epulabatur quot/tidie ſplendide per exceſſum victualiū. Et erat quidam mendicus per quem ſignificaſ homo ſimplex ⁊ ignarus indigens conſilio eius. Vl/ceribus plenus. ideſt penitens de ſuis facino/ribus qȝ ſignificatur per vlcera in quibus pu/tredo erumpit ad exteriora. Cupiens ſaturari de micis. ideſt de conſilij ſui verbis: que procedunt ex ſcientia ſicut mice de menſa. Et nemo illi dabat: quia talis contemnit pauperes: et eos alloqui dedignatur. Sꝫ ⁊ canes veniebāt ⁊ lingebant vlcera eius. per canes lupos a gregibus arcentes ſignificantur predicatores ⁊ confeſſores qui debent tales dulciter conſolari. Factum ē āt vt moreretur mēdicus ⁊c̄. quia frequenter contigit ꝙ ſimplices ⁊ ignari ſaluātur. Et homines aſtuti ⁊ litterati damnantur Unde Auguſtin⁹ de Paulo ſimpli/ce dixit. Simplices ⁊ illitterati rapiunt celum ⁊ nos cum litteris noſtris trahimur ad infer/num. Pater Abraam miſerere mei ⁊c̄. ꝑ hoc ſignificatur ꝙ damnati vellent ſi fieri poſſet a beatis adiuuari. Sed hoc impeditur per dei ſententiam que dicit. hic magnum chaos im/poſſibile pertranſiri firmatum eſt.

Queſtio fratris Antonij betontini. Homo quidam erat diues: qui induebatur purpura ⁊ byſſo. ⁊c̄. Luce. xvj. cap.

Et quibus verbis merito queritur. Utrum homo diuitias ⁊ temporalia bona poſſit appetere ſine peccato. Ad qȝ Alexan. irrefragabilis doctor in. ij. parte ſumme. q. clvij. taliter inquit. Qꝛ quicūqꝫ diuitias ac cūcta temporalia bona appetit triplici intentione: ac conſideratione poteſt appetere. Primo intentione vel conſideratione neceſſitatis: qued ⁊ laudatum eſt exemplo Salomonis qui prouerb. xxx. cap. domino dixit. Mendicitatem ⁊ diuitias ne dederis mihi: tribue tm̄ victui meo neceſſaria ne forte ſaciatus illiciar ad negandum ⁊ dicā: quis eſt dominus: ⁊ egeſtate compulſus furer: ⁊ periurem nomen dei mei. Licet quidem ſanctus Tho. ait ſa ſe. q. lxxxiij. arti. vj. Tempora/lia deſiderare: qꝫuis non principaliter: vt i eis finem conſtituamus: ſed ſicut quedam adminicula quibus ad tendendum in beatitudinē adiuuamur inquātum. ſ. per ea vita corporalis ſu

ſtentatur:⁊ inquãtum nobis ad actus virtutū organice deſeruiunt. Ut dicit philoſophus.j. ethicorum vnde Auguſtinus dicit. Ad ſufficientiam vite:non indecenter vult quiſquis ea cuncta habere ⁊c. Scđo intentione:vel conſideratiõe anxie ſuperfluitatis: qđ ⁊ malum eſt. Quia teſte Hieronymo ad Demetriadē: Diuitiarum amor inſaciabilis eſt:expleri neſcit bonorum cupido celerem res habiture finem ſine fine q̃rentur. Hec q̃dē anxietas habendi ſuperflua: non hominem beatum ſed calamitoſū facit. vnde Seneca ad Lucillum ait. Calamitoſus ẽ animus futuri anxi⁹ cañ miſerias miſer. vnde Dantes cantico.vij.pme Comedie dicit Uirgiliū auaritie ſic dixiſſe. Puoi ſi riuolſe ad quella enfiata labra. Et diſſe tace maledetto lupo. Conſuma dentro te colla tua rabia. Tertio intentione:vel conſideratione voluptatis: qđ ⁊ peius eſt quia peccato auaritie adduntur peccata gule ⁊ luxurie:ſicut in diuite epulone conſpicitur:qui propter diuitias plen⁹ voluptatibus legitur in verbis iſtis. Homo quidam erat diues qui induebatur purpura ⁊ byſſo: et epulabatur quotidie ſplendide.

## Feria ſexta poſt ſcđam dominicam quadrageſime. Euangelium ſm mattheum.xxj.cap.

In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis ⁊ turbis iudeorū parabolā hanc: homo quidam erat paterfamilias[a] qui plantauit vineam[b]: ⁊ ſepem circundedit ei[c]. Et fodit in ea torcular[d]: ⁊ edificauit in medio ei⁹ turrim[e]: ⁊ locauit eā agricolis[f]: ⁊ peregre profectus eſt[g]. Cum autē tempus fructuum appropinq̃ſſet[h] miſit ſeruos ſuos[i] ad agricolas[k] vt acciperēt fruct⁹ ei⁹[l]. Et agricole apprehenſis ſeruis eius[m]: Alium ceciderunt[n]: Alium occiderunt[o]: Alium vero lapidauerūt[p].

### Expoſitio litteralis

Euangeliſta adducit parabolā:⁊ conſequenter oſtendit qualiter ipſi impugnauerunt chriſtum legiſlatorē:⁊ diuiditur in duas: quia primo ad oſtendendum propoſitum proponit quandam parabolam. Scđo ↄfirmat ſuū ꝓpoſitū p ſcripturā:ibi dic illis ieſus:nūq̃d legiſtis. Circa pmū dicit ſic. a Homo erat paterfamilias ⁊c. Iſte homo deus eſt rationibus predictus:qui dicitur paterfamilias:quia ſic gubernat totam creaturā ſicut paterfamilias gubernat ſubditos in domo. b Qui plantauit vineam: domum.ſ. iſrael. ſm q̄ dicitur Iſai.v.ca. Uineā dñi exercituum dom⁹ iſrl' eſt. c Et ſepē circundedit ei.ſcz clauſuram legis ⁊ mandatorum. d Et fodit in ea torcular. dãdo doctrinam prophetarum in qua exprimitur:⁊ magiſ declaratur virtus legis. e Et edificauit turrim.ſ. templū in Jeruſalem: qđ erat edificatū ad modum turris: vnde templū dicitur turris. Michee.iiij.capi.. Et tu turris nebuloſa ⁊c. f Et locauit eam agricolis: vʒ ſacerdotibus:⁊ principibus qui habent officiū ſeruandi cultū diuinum:⁊ iuſtitiam in hoib⁹. g Et peregre profectus eſt. non q̄ mutet locum cū ſit vbiq̃ preſens Sed q̄ dimittit homines agere ſm libertatem arbitrij. ſm q̄ dicit Eccleſiaſtes.xv.cap. Deus ab initio conſtituit hominem ⁊ reliquit eum in manu conſilij ſui. h Cū autem tempus fructuū appropinquaſſet:quia poſt legem ſuſceptam debebant facere fructum bonorum operum. i Miſit ſeruos ſuos.i. primos prophetas. k Ad agricolas.ideſt ad reges ⁊ ſacerdotes principalit ⁊ ad alios eis ſibi electos ↄſequent. l Ut acciperēt fruct⁹. per pdicationē ſuā eos ad fructū bonoꝝ opeꝝ reducēdo. m Et agricole apphēſis ſ̄uis: q̄ reges mlti ⁊ ſacerdotes ꝓphas ſibi miſſos a dño turpiter cõphēdert ⁊ icarcerauerūt ac occidert: ⁊ h̄ ē qđ ſbdit. n Aliū ceciderūt ſic iſaiā q ſerrat⁹ fuit cū ſerra ex pcepto manaſſe regl iuda. o Aliū occidert: ſic amos quē ozias vecte p tpa tráſfixit. p Aliū lapidauerunt vtʒ zachariam quē Joas rex iuda lapidare iuſſit inter templum ⁊ altare.

Iterum miſit alios ſer-
uos plures priorībus[a]:
⁊ fecerūt illi ſimiliter[b].
Nouiſſime autem mi-
ſit ad eos filium ſuum[c]
dicens. Uerebunt̄ for-
te filium meum[d]. Agri
cole autem[e] videntes fi
lium[f] dixerunt itra ſe[g].
Hic ē heres: vinite oc-
cidamus eum ⁊ habe-
bim⁹ hereditatē eius[h].
Et apprehenſum eum
eiecerunt extra vineā
⁊ occiderunt.[i] Cum er-
go venerit dn̄s vinee:
qd faciet agricol' illis[k]
Aiunt illi. Malos ma-
le perdet[l]: ⁊ vineā ſuā
locabit alijs agricolis[m]
qui reddent ei fructū
temporibus ſuis[n]. Di
cit illis ieſus[o]. Nūq̄ȝ le
giſtis in ſcripturis[p]. La
pidem quē reprobaue-
runt edificantes[q] hic fa
ctus eſt i caput anguli
A dn̄o factū eſt iſtud[r]
⁊ eſt mirabile in oculis
noſtris. iō dico vobis[s]

a Iterum miſit alios ſeruos plures priorib⁹ multiplicando.ſ. pphās ad ppli correctionem
b Et fecerunt illis ſimi liter eos.ſ. occidendo intantū ꝙ impleuerunt ierl'm ſanguine pphāꝝ vſq; ad os: vt dicitur .iiij. Regum.xxj.cap.
c Nouiſſime āt miſit ad eos filiū ſuum: pro nobis i carnatum dicēs.
d Uerebuntur forte filium meū. hoc non dicit̄ ꝙ deus ignoraret cō tēptum: quā iudei facturi erant xp̄o: ſed per hoc exprimitur qd deberet fieri: ac ſi diceret.
d Uerebuntur filium meum.i. in reuerentia habere deberent.
e Agricole autē ideſt ſacerdoteſ ⁊ legiſperiti.
f Uidentes filium. ideſt dn̄m ieſum chriſtum opera diuinitatis facientem: ⁊ omnia que predicta erāt de ipſo adimplentē.
g Dixerunt intra ſe. hic eſt heres. quia de ipſo veram noticiam habuerūt vt iam dicetur.
h Uenite occidamus eum: ⁊ habebimus hereditatem eius. ꝓpter hoc tractauerūt de morte eius: ne occaſione xp̄i venirent romani ⁊ auferent eis locum ⁊ gentem: vt habetur Joan. xj.cap. Et ſic occiderūt eum vt pacifice poſſiderent ciuitatem ⁊ templum. Contrarium autē accidit eis: quia per hoc in vindictam mortis xp̄i locum ⁊ gentē perdiderūt: q2 per Titū ⁊ Ueſpaſianum deſtructa eſt ciuitas ⁊ templū ⁊ populus occiſus ⁊ captiuatus.
i Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam ⁊ occiderunt: q2 xp̄s extra ciuitatem ierl'm crucifix⁹ ē.
k Cū ergo venerit dn̄s venee: qd faciet agricolis illis. venit dn̄s ad iudicandū ⁊ vindicādum illud factū qn̄ ex eius ordinatione venit contra eos exercitus Romanorum.
l Aiunt illi malos male perdet ⁊c̄. Lucas vō iſta verba refert quaſi a xp̄o dicta ⁊ ſacerdotes dixerūt ꝯtrarium abſit: vt habetur Luc̄.xx.ca. Dicendū ꝙ non eſt cōtradictio: q2 in turba illa erāt aliqui: qui conſentiebant doctrine chriſti ⁊ illi dixerunt. Malos male perdet. vt hic dicit Mattheus. ⁊ hanc reſponſionem quaſi approbando tanq̄ȝ veram xp̄s repetit: vt dicit Lucas ⁊ tunc cōſequēter ſacerdotes videntes qđ erat dictum contra eos dixerūt abſit. malos autem dn̄s perdidit qn̄ ciuitatem ⁊ tēplū per Romanos deſtruxit. ſequitur.
m Et vineā ſuam locabit alijs agricolis. q2 xp̄s eccleſiam ſuam regendā tradidit apoſtolis ⁊ alijs diſcipulis.
n Qui reddunt ei fructū temporibus ſuis: q2 ad predicationem eoꝝ crediderunt multe gētes.
o Dicit illis ieſus. hic confirmat parabolam ſuam per ſacram ſcripturam.
p Nunq̄ȝ legiſtis i ſcripturis.i. in pſalmis: q̄ſi dicat: vos qui eſtis legiſperiti deberetis hoc ſcire.
q Lapidē quē reprobauerūt edificantes ⁊c̄. Ad litteram dicitur de edificatione templi Salomonis: q quidem lapis pluries oblat⁹ eſt in edificatiōe ⁊ q2 non poterat conueniēter collocari. Ideo pluries reiectus eſt quaſi reprobatus ab edificantibus. vltimo autem poſitus eſt in cōſummatione anguli: vbi coniungebant̄ parietes templi: ⁊ de illo ſcribitur in pſal.
r A dn̄o factū eſt iſtud. q2 illud non fuit a caſu ſed ex diuina preordinatione: q2 lapis iſte figurabat chriſtū qui multotiens ⁊ multipliciter reprobatus eſt a principibus ſacerdotum: ⁊ tn̄ factus eſt in caput anguli coniungens iudeos ⁊ gentiles q̄ſi duos parietes in vnam eccl'iam: qđ autē xp̄s dicatur lapis: in ſcriptura habet̄ Danie. ij. ca. Lapis qui percuſſerat ſtatuam: fact⁹ eſt mons magnus: ⁊ impleuit vniuerſam terram: ꝙ etiā ſit lapis angularis habet̄ Iſai.xxviij. Ecce ego mittam in fundamentis ſyon lapidem angularem probatum precioſum ⁊c̄. ⁊ ex auctoritate concluditur reprobatio iudeorum.
s Ideo dico vobis: quia chriſtum reprobatis. ſequitur.

quia auferetur a vobis regnum dei[a]: ⁊ dabitur genti facienti fructus eius[b]. Et qui ceciderit ſuper lapidē iſtū[c] cōfringetur ſuper quē vero ceciderit: conteret eum[d]. Et cum audiſſent principes ſacerdotum[e] ⁊ phariſei parabolas eius: cognouerunt ꝙ de ipſis diceret. ⁊ q̄rentes eum tenere[f]: timuerunt turbas[g]: quoniam ſicut prophetam eum habebant.

a Auferetur a vobis regnum dei. i. regimen eccleſie. b Et dabitur genti ⁊c̄. i. apoſtolis ⁊ eorum ſucceſſoribus. c Et qui ceciderit ſuper lapidem ⁊c̄. Ille autem cadit ſup̱ lapidem qui credens peccat per lubricitatem carnis ſeu alijs peccatis: ⁊ iſte confringetur: ſed non cōminuit: q̄ nō peccat tam grauiter ſicut ille q peccat peccato infidelitatis. d Sup̱ quē vero ceciderit cōteret eum: ſup̱ illū vō cadit lapis in quo inuenit peccatum infidelitatis: ⁊ iſte conteritur: q̄ ex pondere diuini iudicij grauiſſime punitur. e Et cum audiſſent principes ſacerdotum. Hic ponit concluſio huius capli: vbi oſtenditur obſtinatio ſacerdotū: q̄ audientes doctrinam eius nō fuerūt ꝯtriti: ſed magis ad occidendum eum incitati.

f Et querentes eum tenere. ſ. ad occidendum

g Timuerūt turbas: ex quo patet ꝙ ſolo timore retracti fuerunt ab eius morte.

Queſtio.

¶ Occaſione dictoꝝ in hoc capitulo queritur Utrum iudei cognouerunt ieſum nazarenum eſſe xp̄m ſibi promiſſum: ⁊ arguit p̄mo ꝙ non per illud qđ dicit. j. Corinth. ij. Si enī cognouiſſent nunq̄ dn̄m glorie crucifixiſſent. Item Act. iij cap. dicit petrus loquens iudeis. Scio fratres ꝙ per ignorantiam feciſtis: ſicut ⁊ p̄ncipes veſtri. Item Luc. xxiij. cap. dicebat ieſus in cruce. Pater dimitte illis q̄ neſciunt quid faciunt. In contrarium arguitur: per illud qđ habetur Joānis. xv. cap. Nunc aūt viderunt ⁊ oderunt me ⁊ patrem meū: qđ autem videtur manifeſte cognoſcitur. Itē ſuper illud qđ dcm̄ eſt in preſenti cap. Agricole videntes filiū dixerunt intra ſe: hic eſt heres. dicit Hieronym⁹ Manifeſte probat dn̄s his verbis iudeorum principes non per ignorantiam: ſed p̱ inuidiā dei filium crucifixiſſe. Reſpondeo dicendū ꝙ populo iudeoꝝ aliqui erant maiores ſcientes ſcripturas legis ⁊ prophetaꝝ. Aliqui autē minores ſicut laici ⁊ vulgares tm̄ modo ſcientes illud qđ eſt de neceſſitate ſalutis: vt p̄cepta decalogi ⁊ huiuſmodi que debent ſciri ab oībus ſed ſubtilitatem ſcripturaꝝ ⁊ dicta prophetaꝝ ignorantes. Item ꝙ xp̄s erat verus homo ꝓpheta ſanctus ⁊ deus in vnitate ſuppoſiti. Dicunt ergo aliqui ⁊ bene quātum ad hoc ꝙ minores ppl̄i iudeorum nō cognouerunt ieſuȝ eē xp̄m nec quātū ad diuinitatē: nec quātuȝ ad humanitatem quia lȝ cognoſcerent deū eē hoīeȝ veꝝ: tm̄ nō cognoſcebant illū eē hominem ſeu ꝓphaȝ qui erat a deo ꝓmiſſus ſicut xp̄s: cuius ratio eſt quia ignorabant ſcripturas que loquunt de xp̄i diuinitate ⁊ illas que loquunt de determinatiōe tp̄is: ⁊ de ſignis ſui aduent⁹ ſed maiores cognouerunt eum eſſe veꝝ ꝓphaȝ a deo ꝓmiſſum ⁊ miſſum: q̄ ſciebāt ſcripturas loquentes de tp̄e ſui aduentus: ⁊ de ſignis que omnia videbant in eo impleri: nō tm̄ vt iſti dicunt cognouerunt ipſum eſſe deum: ⁊ ſm̄ hoc loquitur Apoſtolus in auctoritate preallegata qđ ſi cognouiſſent nunq̄ dn̄m glorie crucifixiſſent: quaſi diceret nunq̄ cognouerunt eius diuinitatem: ſed hoc non videt conuenient dcm̄ q̄ ſicut ſcripture determinate loquuntur de tēpore ſui aduentus. Danie. ix. cap. In ebdomadibus illis abbreuiatis. Et de ſignis ſui aduent⁹ ſicut eſt tranſlatio regni: vt habetur Gen̄. xlix. cap. Et modus eius adueniendi in paupertate ⁊ humilitate: vt habetur Zacha. ix. ca. Ita expreſſe vel expreſſius loquunt ſcripture prophetaꝝ de eius diuinitate. Jeremie. xxiij. cap. Ecce dies veniunt dicit dn̄s: ⁊ ſuſcitabo v̄bum bonum qđ locutus ſum ad domum iſrael ⁊ iuda: in diebus illis ⁊ germinare faciam Dauid germen iuſtum ⁊ faciet iudicium ⁊ iuſticiam ī terram: ⁊ hoc eſt nomen qđ vocabunt eū dn̄s iuſtus noſter. In hebraico enī vbi habetur hic dn̄s ponit nomen dn̄i tetragramaton qđ nullo modo pōt dici de aliquo niſi de deo vero: cum ergo iſta auctoritas ſm̄ omnes doctores etiaȝ hebraicos expoſita ſit de xp̄o: ſequit ipſum eſſe veꝝ deū. Itē Iſai. ix. ca. dr̄. Paruulus natus eſt nobis: ſequit ⁊ fact⁹ eſt p̄ncipatus ſup̱ humeꝝ

eius ⁊ vocabitur nomē eius admirabilis: cōſi/
liarius: deus fortis: pater futuri ſeculi: pnceps
pacis: Que etiam auctoritas ītelligitur de xp̄o
⁊ in ea fit expreſſa mentio de eius diuinitate
ſicꝰ de humanitate ſm hebraicos. Et multe alie
auctoritates cōſimiles poſſunt ad hoc induci:
ſed ꝑpter prolixitatem omitto: ⁊ ideo dicendū
ſicut maiores populi iudeoꝝ habuerunt noti/
tiam de tempore ⁊ ſignis ſui aduentus: ita no/
titiam per ſcripturas habuerūt q̄ȝtum ad eiꝰ
diuinitatem. Conſiderādum tamen ꝙ aliquid
cognoſcitur in habitu: cuius tñ cognitio actua/
lis impeditur ꝑpter aliquā paſſionē vel habi/
tum impedientem ſicut dicit philoſophus. vij.
ethicoꝝ quod incōtinens differt ab intēperato
ꝑ hoc ꝙ hȝ extimationem verā non ſolū in vni
uerſali quā etiā habet intēperatus vt quod for
nicari eſt malum. Tum nō peccet per ignoran/
tiam: ſed etiam hȝ extimationē ȝ veram in par/
ticulari. Et ꝑ hoc incōtinens differt ab intem/
perato. Et tamen adueniente paſſione corrūpi/
tur extimatio vera particularis: q2 paſſione vi
cente iudicat nunc fornicandum: ita ꝙ paſſio ī
pedit actualem conſiderationem verāȝ in par
ticulari: ⁊ ſi paſſio ſemꝑ duraret ſemper ſic iu/
dicaret. Eodē modo dicendum eſt ꝙ iudei ha
buerunt veram extimationem de xp̄o: ⁊ in ha/
bitu ⁊ in actu in principio: ſed quando incepit
contra eos predicare: excitati fuerunt cōtra cū
paſſionibꝰ: ire rancoris: ⁊ inuidie q̄bus paſſio/
nibus impediebantur ab actuali conſideratio/
ne veritatis ꝓhabite de xp̄o. Ideo machinati
ſunt in eius morteȝ: ſicut ⁊ incōtinens propter
paſſionem cōcupiſcibilis eligit fornicari: quod
tamen alias refugeret. Conſiderādum tamē ꝙ
illa notitia quā habuerunt de xp̄o per ſcriptu/
ras ꝓphetarum: nō erat certa certitudine eui/
dentie: tum q2 talis certitudo ſolum habetur ꝑ
demonſtrationē vel ſenſum: tum q2 prophetie
poſſūt aliquando varie exponi: ⁊ ideo erat ma
gis notitia probabilis ⁊ veriſimilis cōiecture:
vel ſm alios erat ibi certitudo adherētie que
tamen poteſt impediri in actu modo predicto.
Per dicta poſſunt ſolui argumenta ad vtrāq̄ȝ
partem: q2 illa argumenta que probant ꝙ ha/
buerunt notitiaȝ de xp̄o: intelligēda ſunt de no
titia habituali predicto modo. Alie aūt auctori
tates que dicūt contrarium loquūtur de actua
li cognitiōe applicante ad opus q̄ fuit impedi/
ta ꝑpter paſſionē inuidie ⁊ rancoris vt dcm̄ ē.

Expoſitio moralis eiuſdem euāgelij. Homo
erat pater familias qui plantauit vineam ⁊c̄.
Scōm ſenſum allegoricum: homo iſte xp̄s eſt:
qui plantauit eccleſiā de ſuo latere formata: ⁊
ſepem circūdedit ei. i. doctrinam euangelicam
⁊ fodit in ea torcular. i. martirum patientiam
qua roborata eſt eccleſia: ⁊ edificauit turrim. i.
contemplationē confeſſoꝝ ⁊ doctoꝝ: ⁊ locauit
eaȝ agricolis. Raba. Moraliter hec vinea cui/
cūq̄ȝ locatur cum baptiſmi myſterium ſibi datˀ
vt bene operando in ea exerceatur: mittitˀ ſer/
uus vnus alter tertius cum lex ꝓ ꝓpheta legi
tur ſed miſſus ceditur eijcitur cum ſermo con/
temnitur: vel quod peius eſt blaſphematˀ: here
dem vō q̄ȝtum in ſe eſt occidit q̄ filium dei cō/
culcauerit: ⁊ ſpiritui gratie contumeliā fecerit
perdito malo cultore vinea alteri datur cum
donum gratie qȯ ſuperbus ſpreuerit: humilis
accipit. Et cum audiſſent princcipes ſacerdo/
tum. Criſoſtomus hec eſt differentia omnium
bonoꝝ ⁊ maloꝝ: Bonus enim cōprehenſus in
peccato gemit. Malus aūt fremit: non q2 pec/
cauit: ſed q2 comprehēſus eſt in peccato.

Queſtio fratris antonij betontini. Hic ē he
res venite occidamus eum ⁊c̄. Mat. xxj. cap.

Ex q̄bus verbis merito queritur. Utrū aua/
ritia ſit cā inuidie ad qȯ breuiter rn̄detur ex
ſacroꝝ theologoꝝ ſn̄ia qȯ ſic. vn̄ ꝓuerb. xxviij.
ca. ſcribitˀ. vir qui feſtinat ditari alijs inuidet.
⁊ Greg. vir iuſtus ꝑ hoc qȯ in terris nihil ap/
paret alienis fetibus inuidere neſcit. tāto eniȝ
q̄ſq̄ȝ plus inuidet alijs bona ꝓſentia: q̄ȝto minꝰ
ip̄e contēpſerit ea. ⁊ Alanus de cōplanctu nāe
dicit: ſiq̄s in torrēte diuitiarū natat: in hūc oēs
ſuarū detractionū aceruos expēdit inuidia: dif
ficile. n. imo impoſſibile ē cū auarus quēuiam
aut diuitijs aut alijs rebꝰ in q̄bus oībus ē inui
dia magnū ⁊ potentē viderit ip̄m: illi nō inui/
dere. Hinc beatus hieronymus ī fine vite bea
ti Malchi taliter inq̄t. Semꝑ virtutes inſeq̄/
tur inuidia: feriūtq̄ȝ ſummos fulgura montes.
Nec mirū ſi hoc de oībus loquor: cū ⁊ dn̄s no/
ſter phariſeoruȝ zelo ſit crucifixus ⁊ oēs ſancti
emulos habuerint. Sȝ vt clariꝰ pateat qȯ aua/
ritia ſit efficax cā ⁊ q̄ſi totalis īuidie īducuntˀ v̄
ba euāgelij hodierni. h̄ eſt hēs ⁊c̄. In q̄bꝰ ver/
bis denotatˀ ꝙ agricole q̄bus locauerat vineaȝ
quā plātauerat. i. iudei q̄bus dn̄s dederat legē
tēporalia dona ſicut auari timentes amittere.
vn̄ Ioānes. xj. ca. Dicebāt q̄d facimus q2 h̄ hō

multa ſigna facit:ſi dimittimus eū ſic venient romani ⁊ tollēt locū noſtrū ⁊ gentē:Et ex h̄ inuidētes ipſi dn̄o trucidati p̄mo p̄ribus ⁊ ꝓphetis:q2 ab eis fruct⁹ boni opis reqrebāt dixerūt ad inuicē. Hic ē hēs ieſum oſtēdētes. venite occidamus eum ⁊c̄.

Sabbato poſt ſcd̄az dominicā quadrageſime. Euageliuz ſm̄ Lucam. xv.cap.

In illo tp̄e Dixit ieſus diſcipl'is ſuis parabolam hanc. Homo quidam[a] habuit duos filios[b]: ⁊ dixit adoleſcētior[c] ex illis patri. Pater da mihi portionem ſubſtantie que me cōtingit. Et diuiſit illis ſubſtātiam[d]. Et nō poſt multos dies cōgre

Expoſitio lr̄alis.

Hic deſcribit̄ p̄ euāgeliſtā peccatoꝝ cōuerſio ad iuſtitiā ⁊ qualiter ſunt benigne ſuſcipiēdi vt patet per parabolam.

a Homo qdā. h̄ ponitur parabola de ſilio ꝓdigo: p quē deſignat̄ ꝑpl's gētilis q erat ſubditus peccatis: vl' ēt qcūq3 peccatoꝛ ſingularis. Dicit ergo. a Homo qdā. ideſt ip̄e deus ꝓ nobis humanatus. b habuit duos filios. i. duos populos. ſ. iudaicū ⁊ gentilez: vel duos filios. i. iuſtos ⁊ peccatores:q2 peccatores ſunt filij dei inq̄ztum ſunt ad eius imaginē:l3 nō ſint filij dei p gratiā c Et dixit adoleſcētioꝛ. i. gētilis populus:vn̄ ⁊ populus iudaicus vocat̄ filius dei p̄mogenitus iſrael. vl' peccatoꝛ q dicitur iuuenis moribus:⁊ ideo dr̄ adoleſcētioꝛ filius. d Et diuiſit illis ſubſtantiā q2 dona dei oībus largiunt̄ l3 diuerſimode.

e Adoleſcentioꝛ filius peregre ꝓfectus eſt:p multiplicationem peccatoꝝ elongādo ſe a deo patre ⁊ a celeſti ciuitate. f Et ibi diſſipauit ſubſtantiā ſuā:q2 p peccata mortalia tollunt̄ bona gratie:⁊ peioꝛant̄ bona nature. g Viuendo luxurioſe. Luxuria ſpirituali q̄ eſt ydolatra q̄ztum ad gentilē populū:⁊ luxuria coꝛpoꝛali nō ſolum q̄ztum ad gētilem ſed ēt q̄ztum ad peccatoꝛē infoꝛmē fidē habentem.

Expoſitio litteralis.

h Facta eſt fames valida:p defectum verbi diuini ⁊ ſacre ſcripture:quia gētilibus nō ē data lex vetus:neq3 oꝛacula ꝓphetarum: ſ3 illud pſal.xlvij. Nō fecit taliter omni nationi:⁊ iudicia ſua non manifeſtauit eis. peccatoꝛibus etiā iudeis in tali ſtatu lex ⁊ pꝛophete non valebāt ad ſalutē. ideo ſubditur.

gatis omnib⁹ adoleſcētioꝛ filius peregre pꝛofectus eſt[e] in regionem longinquam:⁊ ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuaz[f] viuendo luxurioſe.[g] Et poſtq̄z oīa cōſumaſſet:facta eſt fames valida[h] i regione illa:⁊ ip̄e cepit egere[i]. Et abijt et adheſit vni ciuiū regionis illius[k]:et miſit illuz in villā ſuam[l]:vt paſceret poꝛcos[m]. et cupiebat implere ventrē ſuū[n] de ſiliqs q̄s poꝛci māducabāt:⁊ nemo illi dabat[o]. in ſe āt reuerſus dixit[p].

i Et ipſe cepit egere:ſpiritualib⁹ bonis. k Et adheſit vni ciuium regionis illi⁹. ſ. diabolo:qui eſt ciuis in regione vmbꝛe moꝛtis. l Et miſit illum in villam ſuaz:ideſt occupauit eum circa cupiditatem mundanam: cuius ville diabolus dicit̄ dominus. Joānis. xiiij. cap. Venit p̄nceps mundi hui⁹:⁊ in me non hab3 quicq̄z. m Vt paſceret poꝛcos. i. vicia que fetida ſunt ⁊ immunda. vnde pꝛima Thimo. vj. cap. Radix omnium maloꝛum ē cupiditas:quia ſicut radix miniſtrat nutrimentum omnibus arboꝛis ramis:ſic abundatia tēpoꝛaliu3 circa quam verſatur humana cupiditas adminiſtrat materiam ⁊ fomentum omnibus vicijs.

n Et cupiebat implere ventrem ſuum ⁊c̄. Quia intentus congregationi tempoꝛalium querit in talibus ſufficientiam:intendens eam habere per talia: ſed non aſſequitur intentum:quia talia non minuunt cupiditatem: ſed magis eam augent:q̄zto enim aliquis plus habet de bonis tempoꝛalibus:tanto plus ad habenda maioꝛa anhelat:ſ3 qđ dicit beat⁹ Greg. ⁊ hoc de communi curſu accidere videmus:et ideo bene ſubditur. o Et nemo illi dabat: quia non aſſequitur quod intendebat:⁊ q2 conſideratio huius defectus inducit aliquando ad penitentiam: ideo ſubditur. p In ſe autem reuerſus dixit. Homo enim peccando extra ſe egreditur:quia limites recte rationis tranſgreditur ⁊ ideo penitendo ad ſe reuertitur.

Quanti mercenarij[a] in domo patris mei[b] abūdant panibus[c]; ego aūt hic fame pereo[d]? Surgam[e] ⁊ ibo ad patrē meum[f]: ⁊ dicaʒ ei[g]: Pater pecaui in celum ⁊ corā te: iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis. Et ſurgēs venit ad patrem ſuum. Cum autem adhuc longe eſſet[h]: vidit illum pater ipſius[i]: ⁊ miſericordia motus eſt. Et accurrens cecidit ſuper collū eius ⁊ oſculatus eſt eū. Dixitqꝫ ei filius. Pater peccaui in celum ⁊ corā te iam non ſum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos ſuos[k] Cito proferte ſtolaʒ primam[l] ⁊ induite illum: ⁊ date ānuluʒ in manu eius[m]: ⁊ calciamēta in pedibus eius.[n] Et adducite vituluʒ ſaginatum[o] ⁊ occidite: et manducemus ⁊ epulemur[p]: quia hic filius meus mortuus erat[q] ⁊ reuixit[r] perierat ⁊ inuentus eſt Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius ſenior in agro[s]: ⁊ cū veniret[t] ⁊ appropinquaret domui audiuit ſimphoniam[v]: ⁊ choruʒ: ⁊ vocauit vnum de ſeruis[x] ⁊ interrogauit quid hec eſſent Iſqꝫ dixit illi: Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tuus vitulum ſaginatum: quia ſaluum illum recepit. Indignatus eſt autem: ⁊ nolebat introire[y]. Pater ergo illius egreſſus ce-

a Quanti mercēnarij.i.ſeruientes pro mercede eterna. b In domo patris mei.i. in eccleſia ſeu congregatione iuſtoꝝ c Abundāt panibus.ſ.pane ſacre ſcripture ꝑ eruditionem ⁊ pane euchariſtie per ſacramēti receptioneʒ.

d Ego auteʒ hic fame pereo: quia ſi ad populū gentilē referatur hoc dictū patet quod ei talia nō adminiſtrātur: ſi autem ad catholicum peccatorem: patet quod talia non proficiunt homini quamdiu manet in mortali peccato.

e Surgam.ꝑ infidelitatis vel peccati derelictionē.

f Et ibo ad patreʒ meū.per vite meliorationem.

g Et dicā ei.pater ⁊c. per veram fidei cōfeſſionem quātum ad populum gentilem: ſecundum illud ad roma.x.c. Corde creditur ad iuſticiam: ore autē confeſſio fit ad ſaluteʒ quātum ad catholicum peccatoreʒ ꝑ integram peccatorum cōtritiōem ⁊ puram ꝯfeſſionem. h Cum aūt adhuc lōge eſſet.i.motus ad penitenduʒ: non tamen perfecte contritus ad quā requiritur gratia diuina preueniens: ideo ſubditur. i vidit illum pater ipſius.oculo clementie ſequitur. k Dixit autem pater ad ſeruos ſuos.ideſt ad apoſtolos ⁊ eccleſie miniſtros quibus precepit predicare non ſolum iudeis: ſed etiam gentilibus ⁊ etiam nō ſolum iuſtis ſed etiam peccatoribus.

l Cito proferte ſtolam primā.i.proferendā innocentiam ⁊ reſtituendam nunciate vere cōuerſis ⁊ penitentibus. m Et date ānulum in manu eius.i.predicate dandum ānulum fidei per charitatem operantis. n Et calciamenta in pedibus.i.ſanctoꝝ precedētium exēpla: quia calciamenta fiūt de pellibus animalium mortuoꝝ. o Et adducite vitulū ſaginatū.i.ſacramentum euchariſtie fidelibus adminiſtrate: in quo immolatur xps qui eſt vitulus ſaginatus propter gratie pinguedinē. p Et manducemus: quia in primitiua eccleſia non ſolū miniſtri eccleſie ſumebāt hoc ſacramentum: ſed etiā totus populus quotidie: vt habetur Act. ij.ca. Et adhuc ſemel in āno quilibet xpianus tenetur refici hoc ſacro: reficitur etiam quotidie: quia ſacerdotes nō ſolū ſumūt hoc ſacramentum pro ſe ſed etiam pro populo. q Quia filius meus hic mortuus erat.morte culpe. r Et reuixit.vita gratie. ſ Erat aūt filius eius ſenior in agro: quia iudaicus populus in cultu vnius dei occupatus.

t Et cū veniret ⁊ appropinquaret domui.ſ.eccleſie.

v Audiuit ſimphoniā ⁊ choꝝ: quia cū ſpūs ſanctus deſcēdiſſet ſup apoſtolos alioſqꝫ diſcipulos in die pētecoſtes ceperūt laudare deū varijs liguis: vt habetur Act.ij.c. Et tūc iudei qui erāt in ierlm audiētes voces eoꝝ admirati ſunt ⁊ inceperūt querere vnde eēt tāta gratia ⁊ exultatio: vnde ſubditur. x Et vocauit vnū de ſeruis: ⁊ interrogauit quid hec eēnt: quia petrus pro alijs rndit oſtēdēs quod erat ex dono ſpūs ſancti quod iuſtificat veniētes ad fidē catholicā ſiue ſint iudei ſiue ſint gētiles: vnde ⁊ ſilius gratia ſpūs ſancti data fuit gētilibus credētibus ſicut ⁊ diſcipulis xpi in die pētecoſtes data fuerat: vt habetur Act.x.ca. de Cornelio ⁊ alijs gētilibus qui erāt cū eo. y Et indignatus nolebat introire quia iudei etiā ad fidē ꝯuerſi fuerāt admirati quod gētiles quos prius deſperauerāt equarentur eis in gratia dei vt habetur Act.x.ca. vnde cū petrus rediſſet ierlm illi

quí erãt ꝯuerſi ad fidẽ catholicaꝫ de iudaiſmo
diſceptabant aduerſus illum eo qꝺ cõmunica/
uerat cũ illis vt habeť Actuũ.xj.ca. a Pater ẽ
illius egreſſus cepit rogare:qꝛ deus ꝑ apoſto/
los ⁊ ꝑ Paulũ ſpecialiter oſtẽdit rõnabiliter ⁊
ꝑ ſcripturaſ.quod
erãt gẽtiles non
contẽnẽdi ſꝫ gau/
dẽter ad cõionẽꝫ
fideliũ recipiẽdi.
b Ecce tot annis
ſeruio tibi. ſub le/
ge Moyſi.
c Et nunq̃ꝫ mã/
datum tuũ preter
iui.ſcilicet mãda/
tum de cultu vniꝰ
dei:lꝫ enim multi
de iudeis fuerunt
idolatre:tamẽ aliqui ſemꝑ remãſerunt in fide
⁊ cultu vnius dei ⁊ illi poſſunt dici populus iu
daicus:ſicut ⁊ frequẽter ꝑs noĩatur noĩe totiꝰ.
d Et nũq̃ꝫ dediſti mihi hedũ:qꝛ toto tꝑe legiſ
moſayce nunq̃ꝫ tantũ bñficium datũ fuit popu/
lo iudaico q̃ꝫtum datũ eſt tẽpore euãgelij gẽti/
li populo ad fidẽ ꝯuerſo:Jdeo omnia bñficia il
lius tꝑis modica ſunt ⁊ quaſi nulliꝰ reputatio/
nis reſpectu bñficioꝝ noue legis. e Fili tu
ſemꝑ mecum es:qꝛ ſemꝑ aliq de iudeis adhe/
ſerũt deo ꝑ fidem. Et multi ex eo receperunt fi
dem catholicam q ſunt participes bñficioꝝ no
ue legis. Jdeo ſubdiť. f Et oĩa mea tua ſũt:
Cetera patẽt ex ꝑdictis. Si aũt referatur iſta
parabola ad iuſtum ⁊ peccatorẽ reuertentẽ:ſic
filius ſenior exiſtẽs in agro eſt hõ a iuuẽtute in
opibus virtuoſis exercitatus. Junior aũt filius
eſt peccator penitẽs:q diu male vixit:⁊ aliquã
do datur ſibi a deo maior gratia ⁊ ꝑ ꝯſequens
maior gloria q̃ꝫ illi qui bñ vixit a iuuẽtute:ſicut
pꝫ de ſancto Bonifacio martyre nõ pontifice:
q inuẽtus in ſtupro penituit:⁊ paſſus ẽ ſub dyo
cletiano:cuius feſtũ colit eccl̃ia romana ſecũdo
idus maij de quo iuſti aliquãdo admiranť:que
qdem admiratio põt dici q̃dam indignatio i
q̃ꝫtum talis nõ videť dignus tãto bono:ſed de
us pater pacificat hanc indignationẽ quando
oſtẽdit ꝑ eruditionẽ vel inſpirationem qꝺ hoc
non prouenit ex parte peccatoris penitẽtis:ſed
ex infinita bonitate dei conferentis ſm ſua ve
ra iudicia facultatẽ humanaꝫ omnino tranſcẽ/

pit rogare[a] eum. At ille
reſpondens dixit patri
ſuo. Ecce tot annis ſer/
uio tibi[b]: ⁊ mandatum
tuum nunq̃ꝫ preteriui[c]:
⁊ nũq̃ꝫ dediſti mihi he/
dum[d] vt cũ amicis me/
is epularer:ſꝫ poſtq̃ꝫ fi/
lius tuus hic qui deuo/
rauit ſubſtantiam ſuaꝫ
cũ meretricibus venit:
occidiſti illi vitulum ſa
ginatum. At ipſe dixit
illi. Fili tu ſemper me/
cum es[e]: ⁊ omnia mea
tua ſunt[f]. Epulari au/
tem et gaudere oporte/
bat: quia frater tuus
mortuus erat ⁊ reuixit:
perierat ⁊ inuentus eſt.

dentia. Et ad hanc intentionem poteſt de faci/
li littera applicari.

Expoſitio moralis.

Homo qdaꝫ habuit duos filios. homo ille xp̃s
eſt eius autẽ filij ſunt omnes chriſtiani per eiꝰ
baptiſmum rege/
nerati:quorum ta
mẽ aliq ſunt iuſti
⁊ aliqui peccato/
res: Et dixit adole
ſcẽtior:per queꝫ ſi
gnificatur quilibꝫ
peccator qꝛ iuue/
nis eſt moribus.
Pať da mihi por/
tionem ſubſtantie
ꝑ hoc ſignificatur
q peccator rece/
dit a dei patris le
ge:vt agat ꝑ libito volũtatis ſue. Et diuiſit illis
ſubſtantiam:qꝛ deus ꝑmittit quẽlibet agere ſꝫ
arbitrij libertatem. Adoleſcentior filius pere/
gre ꝓfectus eſt:ꝑ multiplicationẽ peccati elon
gans ſe a patria celeſti. Jdeo ſubdiť. Et ibi diſſi
pauit ſubſtãtiam ſuam.ſ.bona gratuita ꝑdẽdo
⁊ naturalia peiorãdo:⁊ poſtq̃ꝫ conſumaſſet oĩa
facta eſt fames valida in regione illa: Nam in
regione peccati fit magnus defectus pabuli di
uini. Et cepit egere: Nã exiſtẽs in peccato mor
tali fit egens omni bono ſpirituali. Et adheſit
vni ciuiũ regionis illius.i.diabolo q ciuis ẽ in
regione vmbre mortis. Et miſit illũ in villã ſu/
am.i.in peccatoꝝ ſocietateꝫ in qua dominatur
ſicut in ꝓpria villa. Ut paſceret porcos.i.immun
ditie peccata. ⁊ cupiebat implere ventrẽ de ci/
bo porcoruꝫ:q eſt carnalitas:⁊ nemo illi dabat:
qꝛ nullus vtens rõne concedit carnaliter viue
re. Jn ſe aũt reuerſus.i.ad ꝓpriam conſciẽtiam
ꝑ rõnis dictamẽ a qua receſſerat ſequendo ſen
ſualitatem:dixit. Quanti mercẽnarij.i.deo ſer
uientes:abũdant panibꝰ: verbi diuini ⁊ eucha
riſtie ſacramẽti. Ego aũt hic fame pereo:ꝑuatꝰ
omni bono. Surgam de luto culpe:⁊ ibo ad pa
trem ꝑ conatum operãdi bene ⁊ dicam ei. Pa
ter peccaui:recognoſcendo culpam ⁊ petendo
veniam. Cum aũt adhuc longe eẽt attritus et
nõ ꝑfecte ꝯtritus ad qꝺ reqritur gratia dei ꝑ/
ueniẽs ideo ſubditur. Vidit illũ pater ipſiꝰ ocu/
lo clementie:⁊ accurrens cecidit ſuꝑ colluꝫ eiꝰ
⁊ oſculatꝰ ẽ eũ in ſignũ recõciliationis ꝑfecte.

Dñica tertia. xl. epla pauli ad epheſeoſ. v. ca.

FRẽs eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi[a]: ⁊ ambulate in dilectione[b]. Sicut ⁊ chriſtus dilexit nos[c]: ⁊ tradidit ſemetipſum pro nobis[d] oblationem et hoſtiam

⁊ dixit ad ſeruos ſuos. i. eccleſie miniſtros quibus xp̄s precepit benigne recipe penitentes ⁊ confitentes. Cito pferte ſtolam pmam adminiſtrando ſibi eccleſie ſacramenta vt ſic prius ſpiritualiter adornetur. ⁊ adducite vitulum ſaginatuȝ ideſt eucharistie ſacramentū chriſtum continẽſ imolatum. Et epulemur: quia peccator vere penitens de peccatiſ ad mẽſam chriſti recipitur cum aliis chriſtianis. Erat autẽ filius eius ſenior in agro: per quem ſignificatur chriſtianus perſeuerans in iuſtitia remiſſe tamen operando: ⁊ talis aliquando miratur q deus magis reſpicit peccatorem conuerſum: dando ei virtutem fortius operandi ſicut dedit ſancto Bonifacio martyri: ⁊ talis admiratio indignatio dici poteſt large loquẽdo: quia parabola que eſt quedam ſimilitudo non ſemper currit omnimodo. Pater autem amouet hanc admirationem ſeu indignationem quando deus per ſe vel per alium oſtendit iuſto: qđ quicquid operatur iuſte fit. lȝ hominibus aliquando videatur aliter.

Queſtio fratris Antonij betontini. Fili tu ſemp mecū es: ⁊ oīa mea tua ſunt. Luce. xv. cap.

¶ Super quibus merito eſt dubitandū. Quomodo iuſtus frater receptioni alterius fratris peccatoris inuideat. Hoc eteniȝ mouit Damaſum papam qui beato hieronymo ait. Si autẽ vt ais de iuſto ⁊ peccatore voluerimus eſſe parabolam: iuſto non poterit conuenire vt de ſalute alterius ⁊ fratris maxime cōtriſtetur. Si enim inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum: ⁊ imitantur eum qui ſunt ex parte eius: nunq̄ȝ perſone iuſti tam innanis inuidia poterit coaptari vt foris ſteterit ⁊ clementiſſimo patri rigidus obſtiterit: ſoluſq̄ȝ liuore cruciatus letitie domus intereſſe noluerit. Cui beatus hieronymus reſpondit dicens. Videamꝰ quomodo ſuper ſancto generaliter ⁊ peccatore parabola iſta poſſit intelligi ⁊ de ceteris: quin iuſto ꝯueniat non ambigimus. Illud eſt in quo legentis ſcrupulus commouetur: Cum iuſtꝰ ſaluti peccatoris inuideat: ⁊ intantum iracundia repleatur: vt nec fratris miſericordia: nec patris precibus: nec totius domus iocūditatis frueretur. Ad quod breuiter reſpondemus. omnem iſtius mundi iniuſtitiam ad dei comparationem non eſſe iuſtitiam. Quomodo enim ex peccatis ieruſalem: ſodoma iuſtificatur: nō quo ipſa ſit iuſta: ſed q̄ maioribꝰ delictis fiant minora delicta: ita ⁊ hominū vniuerſa iuſtitia n̄ eſt deo collata iuſtitia. Deniq̄ȝ paulus q dixerat quotquot ergo perfecti hoc ſapiamus: in alio loco confitetur ⁊ clamitat. O profundū diuitiarum ſapientie ⁊ ſcientie dei: q̄ȝ inſcrutabilia ſunt iudicia eius: ⁊ inueſtigabiles vie eiꝰ: ⁊ alibi: Ex parte cognoſcimus: ⁊ ex parte ꝓphetamus ⁊ nunc per ſpeculum videmus in enigmate. Et ad romanos: miſer ego homo: qs me liberabit de corpore mortis huius. Ex quibus omnibus edocemur dei ſolius perfectam eē iuſtitiam: qui ſolem ſuum oriri facit: ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos: dat pluuiam ſerotinam ⁊ matutinaȝ merentibus pariter ⁊ non merentibus qui de vicis angulis ⁊ plateis inuitat ad nuptias. Et deintus quoſdam iam quaſi ſecuros expellit foras. Et ouem que ad exemplum filij penitentis ipa redire non poterat: vel nolebat: querit ⁊ inuenit: ⁊ inuentum ſuis humeris reportat: multum enim errando laborauerat. Ut autem doceamur in ſanctos quoq̄ȝ cadere poſſe inuidiā ⁊ ſoli deo puram clementiāȝ derelinqui. Filiorum zebedei conſideremus exemplum ꝓ quibus cū mater mota pietatiſ affectu nimis grandia poſtulaſſet reliqui decem indignati ſunt.

Expoſitio litteralis.

APoſtolus paulus in hac lectione huiꝰ epiſtole iſtruit epheſios in bonis moribus exēplo. ⁊ primo proponit exēplū imitabile dicēs. a Eſtote imitatores dei ſicut filij kariſſimi q̄ſi dicat alr̄ eſſetis filij d̄generes ⁊ ꝑ ꝯñs a deo reprobādi. b Et ambulate: ꝯñter īducit ipos ad imitādū xp̄m q ē exēplar verum: ⁊ pmo in feruore charitatis: Scđo in decore ſcitatis ibi fornicatio. Circa pmū dicit. b Ambulate ī dilectōe. pcedēdo ꝑ bōa opa ad augmētū charitat. c Sicꝰ ⁊ xp̄s dilexit nos: li ſicꝰ ī ipo rat eq̄litatē ſȝ q̄ſdā ꝯformitatē. d Et

tradidit ſemetipſum pro nobis: quaſi dicat ita debemus in neceſſitate ꝓ ſalute fratrū animas ponere. a Oblationem ⁊ hoſtiam deo. in cruce. b In odorem ſuauitatis: fuit enim il la oblatio deo accepriſſima quia ꝓceſſit ex ma/ xima charitate.

deo[g] in odorem ſuauitatis[b]. Fornicatio[c] autem ⁊ omnis imūditia[d]: aut auaritia[e]: nec nominet in vobis[f] ſicut decet ſā ctos[g]: aut turpitudo[h]. aut ſtultiloquium[i]: aut ſcurilitas[k] que ad rē nō ptinet[l]: ſed magis gra tiarum actio[m] Hoc aūt ſcitote intelligētes[n]: qꝛ omnis fornicator aut i mundus: aut auarus: qđ eſt ydoloꝝ[o] ſeruitus non habet hereditatem in regno chriſti et dei. Nemo vos ſeducat in anib[9] verbis[p]: propter hec enim[q] venit ira dei[r] in filios diffidētie[s]. nolite ergo eff ci ꝑticipes eoꝝ[t]. Eratis enim aliqñ tenebre[v] nunc autem lux in domino[x] vt filij lucis ambulate[y]. fructus eni lucis[z] eſt in omni boni tate[⁊] ⁊ iuſtitia[ꝯ] ⁊ veri tate[ꝩ].

c Fornicatio: h conſequenter idu cit ad imitandum chriſti munditiā: Secundo circa h remouet errorem ibi: nemo vos ſedu cat. Circa primum dicit. Fornicatio autem que eſt con cubitus ſoluti cum ſoluta. d Et oīs immunditia: vt ꝑ hoc includantur omnia ad vicium luxurie pertinētia e Aut auaritia: i. imoderata con/ cupiſcentia pecu/ nie: vnde dicitur auarus quaſi eris auidus.
f Nec nominetur in vobis. i. ſic a talibus ſitiſ elongati ꝙ non poſſitis in aliquo notari.
g Sicut decet ſanctos. i. chriſtianos qui dicū tur ſancti quaſi ſanguine tincti quia chriſti ſan/ guine redempti. h Aut turpitudo. in diſſo luto geſtu. i Aut ſtultiloqꝫ. in turpi affatu.
k Aut ſcurilitas: ideſt iocularitas. l Que ad rem nōn pertinet. i. nihil valet. ſꝫ magis no cet: ſi enim dicatur verbum iocoſum ꝓpter cau ſam aliquam recreationis honeſtam: non no/ cet ſed magis valet ad recreationem ſpirituū: vnde ⁊. iiij. ethico. Circa hoc ponitur a philo/ ſopho quedam virtus que dicitur Eutropolia: qua aliquis ſcit conuertere dicta vel facta ad ſo latium honeſtum. m Sed magis gratiarū actio: deo ⁊ hominibus de beneficijs acceptis. Conſequenter predictorum viciorū ponit apo ſtolus cauſam dicens. n Hoc enim ſcitote intelligētes. ⁊ patet littera: hoc excepto ſcilicet.
o Aut auarus qđ eſt ydolorum. non proprie ſed ſimilitudinarie quia de cenſu facit deum ſu um ipſum ceteris preponendo. p Nemo. h conſequenter remouet errorem: dixerunt enim aliqui ꝙ prouidentia non ſe extendat ad actus humanos: in quorum perſona dicitur iob. xxij cap. Circa cardines celi perābulat nec noſtra conſiderat: ⁊ per conſequens nō punit facta ho minum nec remunerat: hunc errorem remouet dicens. p Nemo vos ſeducat inanibus ver bis: dicere enim ꝙ prouidētia dei nō ſe extēdat ad act[9] humanos eſt mul tum inane: quia ſe queretur ipꝫ mul/ ta ignorare q̄ ſci/ mus nos: quod eſt inconueniēs ſicut arguit phs primo de anima: contra Empedoclem.
q Propter hec enim: quia aliqui credebant deum fa cta hominum nō punire nec remu/ nerare. r Ve/ nit ira dei. i. eius vindicta.
s In filios diffidentie: ideſt ſuper illos qui diffidebant de diuina remuneratione vt dictū eſt: ⁊ tales videntur fuiſſe illi qui perierunt in diluuio. t Nolite ergo effici participes co rū in culpa ne ſitis ſocij in pena.
v Eratis enim aliquando tenebre: ideſt inuo luti ignorantia tempore gentilitatis: ⁊ dicit te/ nebras in abſtracto ad deſignandum magnitu dinem erroris ſicut de homine multum largo dicitur quod eſt ipſa largitas. quaſi dicat apo/ ſtolus non eſt mirum: ſi tunc eratis inuoluti enormibus peccatis.
x Nunc autem: ideſt poſt conuerſionem ve/ ſtram ad chriſtum eſtis.
x Lux in domino. per claritatem gratie ⁊ no titie: ideo concludit.
y Ut filij lucis ambulate: procedendo de vir tute in virtutem.
z Fructus enim lucis: id eſt eius opus.
⁊ Eſt in omni bonitate: quo ad ſeipſum.
ꝯ Et iuſtitia. quo ad proximum.
ꝩ Et veritate: quoad deum: fideliter ei ſer uiendo.

Sequitur queſtio.

¶ Questio fratris Antonij betontini sup epistolam beati pauli ad ephesios. Ambulate i dilectione: sicut ⁊ xps dilexit nos ⁊c̃. Pauli apostoli ad ephe. v. cap.

In quibus verbis queritur. Qd vitiū qd ve peccatum huic dilectioni magis resistere videatur. Ad qd breuiter respondetur: secundum doctrinā sancti Thome scda secunde. q. lxxiij. ar. iij. Et doctorē nr̄ꝫ durāduꝫ pte tertia primi li. disti. prima. q. vij. Qd peccata que committuntur in proximum pensanda sunt secundum nocumenta que proximo inferuntur. Qꝛ ex hoc habent rationem culpe. Tanto enim nocumento grauius est: quanto maius bonum ex eo demitur. Bonum autem hominis triplex ē Anime. s. corporis. et exteriorum rerum. Bonum anime qd est maximuꝫ nisi occasionaliter ter ab aliquo tolli non potest. Puta malam persuasionem: que necessitatem non videtur iferre: sed alia duo bona possunt. s. corporis et rerꝫ exteriorum violenter auferri. Sed qꝛ ab alio bonum corporis bono rerum exteriorum preeminet grauiora peccata sunt. quibus infertur nocumentum corpori qꝫ ea quibus infertur nocumentum exterioribus rebus: vnde inter cetera peccata que cōmittuntur in proximum homicidium grauius est per qd vita proximi tollitur: que actu existit: consequenter autem adulterium: ꝙ est ꝯ debitum ordinem generatiōis humane per quā est introitus ad vitaꝫ. Consequenter autem sunt exteriora bona inter que fama preeminet diuicijs eo ꝙ propinqor est spiritualibus bonis. vnde prouerb. xxij. ca. scribit Melius ē nomē bonū qꝫ diuitie multe: Hec autem fama: per detractionem proprie denigratur: vnde detractio secundum genus suum furto ⁊ alijs peccatis que erga res exteriores cōmittuntur grauior est. Quadere. vj. q. j. cap. Deteriores habetur. Deteriores sūt qui doctorum vel bonorum: vt in ca. Ex merito ponitur vitam moresqꝫ corrumpunt his qui substantias aliorū prediaqꝫ diripiūt: Ipsi eni ea que extra nos sunt: licet nostra sint auferunt nostri qꝫ detractores ⁊ nostrorum corruptores morum sicut qui aduersus nos armantur proprie nosipsos decipiunt. Et ideo iuste in fames sunt: ⁊ merito ab ecclesia exteriores sūt. ⁊ in ca. Summa dicitur. sūma iniqtas est fratres detrahere ⁊ accusare. vnde scriptum est: omnis qui detrahit fri suo homicida est ⁊ omnis homicida nō habet parteꝫ in regno xpi ⁊ dei.

## Dñica tertia quadragesime. Euangeliuꝫ secundum Lucaꝫ. xj. ca.

In illo tēpore. Erat iesus eijciens[a] demonium: ⁊ illud erat mutum. Et cū eiecisset demonium locutus est mutus: ⁊ admirate sūt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt in belzebub principe demoniorꝫ[b] eijcit demonia. Et alij tentā-

¶ Expositio litteralis.

a Erat iesus eijciens. Hic describitur confutatio emulorum de praua affectione facta christi peruerse deprauando. Et p̄mo describitur eorum emulatio. Secundo eorum confutatio: ibi. Ipse autem vt vidit. Circa primum sciendum ꝙ homines emulantes ⁊ pharisei adducunt hominem mutum demonium habentem dicitur autem demonium mutum non formaliter sed effectiue tantum: Ad cuius intellectum consideranduꝫ ꝙ natura corporalis obedit spirituali ad motum localeꝫ: voces autem significatiue formantur per motum lingue ⁊ labiorum ⁊ aliorum instrumentorum naturaliuꝫ: ⁊ ideo qꝛ demon pro voluntate sua potest ista localiter mouere: potest per linguaꝫ hominis diuersa formare verba. Et sic arreptitij aliquando loquuntur ydioma eis ignotum sicut purus laicus latinum: ⁊ hoc est manifestū signum ꝙ sic loquens sit demoniacus: qꝛ talis loquutio non potest procedere nisi ab aliquo intellectu. ⁊ ideo cum non procedat ab intellectu hominis tale ydioma ignorantis: sequitur ꝙ procedat ab intellectu angeli vel demonis linguā sic mouentis: ⁊ sicut demon potest mouere linguam ad loquendum ydioma incognitum ita potest impedire linguam ne moueatur ad loquendum ydioma cognitum ⁊ sic reddit hominem mutum. Et admirate sunt turbe: qꝛ admiratio consurgit ex inspectione rei insolite ꝙ fuit in proposito. b Quidam autē ex eis dicebant in belzebub principe demoniorum. Circa quod sciendum ꝙ odium ⁊ inuidia faciunt

tes ſignuz de celo que-
rebant ab eo. Ipſe au-
tem vt vidit[a] cogitatio
nes eorū dixit eis. Om
ne regnum in ſeipſuz[b]
diuiſum diſſolabitur:
⁊ domus ſupra domuz
cadet. Si autez ⁊ ſatha
nas in ſeipſum diuiſus
eſt quomodo ſtabit re-
gnum ipſius quia dici
tis in belzebub eijcere
me demonia? Si autē
ego in belzebub eijci o
demonia fili veſtri[c] in
quo eijciunt? Ideo ipſi
iudices veſtri erunt[d].
Porro ſi in digito dei
eijcio demōia[e] pfecto p
uenit in vos regnum

interpretari facta in deteriorem partem ⁊ per
uerti iudicia: phariſei autem odiebant chriſtū
qa acriter arguebat eorum vitia: vt patet per
euangelij decurſum: ⁊ ideo miraculis a chriſto
factis virtute diuina dupliciter detrahebant
vno modo illa eē
acta arte magica
⁊ eodez modo eie
ctionem demonū
factaz per chriſtū
dicebant fieri vir
tute cuiuſdam ſu/
perioris demōis
cui inferiores obe
diebant ad nutuz
de corporibus ex
eundo: ſicut enim
in angelis ſunt or
dines qm̄ alij ſūt
alijs ſupiores ſic i
demonibus cum in eis remanſerint naturalia
integra ſm Dionyſium. Dicebant enim phari
ſei ꝙ chriſtus habebat aliquem demonem ſu/
periorez quem vocabant beelzebub ſibi familia
rem ⁊ priuatum ⁊ ſic demones inferiores de
corporibus obſeſſis eijciebat per illuz. Sz iſtud
rationabiliter reprobatur a chriſto in hac le/
ctione euangelica: hec etiā omnia patent Ma
thei. ix. ⁊ xij. ca. Alio modo detrahebant mira
culis chriſti reputando illa parua eo ꝙ erant
circa īferiora cōiter: vtpote circa ſanitates cor
porum ⁊ huiuſmodi: ⁊ ideo querebant ab eo ſi/
gna fieri circa corpora celeſtia: ſicut tempore
Joſue ſol ſtetit immobilis ad ſpaciū vni⁹ diei:
vt hētur Joſue. x. ca. Et tpe ezechie retroceſſit
ſol decē gradibus vt hētur Iſai. xxxviij. Et hoc
notat cū dr. Et alij tētātes. a Ipſe aūt vt vi/
dit: Hic ɔſequēter deſcribit ɔfutatio malignā
tiū pdictoꝝ ⁊ pmo illoꝝ q ope xpi demoni at/
tribuebāt ⁊ diuidit in duas: qꝛ pmo confutant
v̄bo xpi eoꝝ malitiā arguētis: ſcdo v̄bo mulie/
ris deuote virtutē xpi cōfitētis: ibi. Factū ē aūt
Sentētia aūt pme ptis hec ē. Quidam .ſ. phari
ſei audiētes turbas .ſ. cōfitētes ipſum eē xpm p
pter euidentiam facti. Dixerūt: hic non eijcit
demōes niſi in beelzebub pncipe demoniorū:
qꝛ enī factū mirabile negare nō poterāt: iō mo
dū faciēdi calūniabant dicētes ipm p aliquem
demonē ſupiorē ſibi familiarē ⁊ puatuz eijcere
demones inferiores de corpibus obſeſſorū ſi/
cut ſupra dictū ē. Ipſe aūt vt vidit cogitatiōes
dixit eis. Hic ponit calūnie ɔfutatio oñdēs ꝙ
miracula q̄ faciebat nō poterāt attribui ſpiri/
tui maligno. Et diuidit in duas: qꝛ pmo oñdit
ppoſitū p rōnē: ſcdo iſtoꝝ calūniantiū excecatō
nē: ibi. Cū ſūt inmū
dus. Primū oñdit
q̄ttuor rōnib⁹ Pri
ma rō talis ē: qꝛ ſi
p demonē aliqu
eijciebat alios ſeq
tur ꝙ diuiſio erat
īter eos: ⁊ ſic non
poſſz ſtare diu po
teſtas diaboli: ⁊ ex
h ſequit aduētus
xpi p quē ptās de
monis erat auſe/
rēda: ⁊ hoc ē ꝙ dr
b Oē regnū in ſe
ipm ⁊c. pz lra. Scda rō ponit ibi. i. ſi aūt ego in
beelzebub eijcio demōia: qꝛ nō ſolū xps eijcie/
bat demones: ſz ēt diſcipli xpi in noīe ei⁹: ⁊ nō
ſolū modo diſcipuli: ſz ēt aliq iudei qui nō erāt
xpi diſcipuli ſcdm ꝙ dr Marci. ix. ca. Uidim⁹
quēdā in noīe tuo eijciētē demonia q nō ſequit
nos. Nō poterāt aūt iudei dicē ꝙ apli facerent
miracula v̄tute magica cū eēnt ſimplices ⁊ il/
litterati. Et ſi dicētur de aplis ꝙ xps docuit eos
artē magicā: tñ nō poterat dici d eis q nō erāt
eius diſcipli. Cū ergo eijcerēt demones in no/
mine xpi vt dictū ē: nec poterat h attribui ſpūi
maligno vt viſuz ē: Silr nec p ɔñs eiectio de/
monū facta p xpm ⁊ h ē, ꝙ dr. c Si aūt ego
i beelzebub eijcio demonia filij veſtri. i. apli q
erāt de ſemine iudeoꝝ vel alij iudei q nō ſeque
bant xpm in quo eijciūt. q. d. Cū nō poſſitis hec
attribuere niſi v̄tuti diuine p ɔñs nec eiectio fa
cta p me vt pz ex dictis. d Ideo ipi iudices
vrī erūt: de aplis pz ꝙ erūt iudices. i. aſſeſſores
xpi in iudicio: vt hētur Mathei. xix. cap. Cum
venerit filius hois in ſede maieſtatis ſue ſede/
bitis ⁊ vos ſup ſedes duodeci iudicātes duode
cim tribus iſrl. Si aūt accipit p iudeis non ſe/
quētibus xpm q tñ eijciebāt demones in noīe
eius: ſic dicunt iudices alioꝝ nō credētiū quia
ex facto eoꝝ. Alij oñdētur cōdēnabiles: qꝛ non
crediderunt in xpm cuius deitas declarata fu
it p miracula in virtute eius facta. e Porro
ſi in digito dei eijcio demonia: ſicut concluſum

ē ex predictis. a Profecto prouenit in vos
regnū dei.i.xp̄s cuius regnū erat a deo ꝓmiſ/
ſum Iſai.ix.Et regni eius nō erit finis ⁊ iſtud
regnū expectabāt iudei:tñ in hoc erāt decepti
q: credebāt iſtud regnū tpale:quē errorem ex/
cludit xp̄s dicens
ioannis.xviij ca.
Regnum meum
nō eſt de hoc mū/
do.Hic ponit̄ ter
tia ratio oſtēdens
xp̄m non virtute
demonis eijcere
demonia cum di/
citur. Cum fortis
armatus.i. diabo
lus cuſtodit atriū
ſuum.i.hominem
peccatorem i quo
habitat vt in do/
mo. In pace ſunt
omnia q: non eſt
poteſtas maior ſu
per terram vt ſcri
bitur Job.xlj.ca. Non eſt poteſtas ſuper terrā
que ei comparetur. Atrium autem eius eſt ho
mo obſeſſus in quo habitat ſicut in domo.
b Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit
eum vniuerſa arma eius aufert, in quibus con
fidebat ⁊ ſpolia eius diſtribuet. c Uniuerſa
arma eius.ſ.diaboli ſunt peccatores qui a xp̄o
dirripiuntur quando de poteſtate demonis ꝑ
ipſum eripiuntur. Ex quo concluditur ꝙ ipſe
ſit vere xp̄s:q: in aduentu xp̄i poteſtas demo/
nis erat diminuenda ⁊ arcenda. Quartam ra/
tionem ponit ibi. d Qui non eſt mecum: ⁊
talis eſt voluntas eius qui obedit alicui ⁊ ē cō/
formis voluntatis illius cui obedit ſaltem in fa
cto:⁊ iō ſi xp̄s in virtute demonis faceret mira
cula ſequeretur ꝙ xp̄s ⁊ demon eſſent concor/
des in factis. Hoc autem patet falſum: q: facta
xp̄i ⁊ doctrina erant ad retrahendū homines
a peccatis. Facta autē demonis ſunt ad diſtra
hendum hoīes per peccatum. Ex quo ſequitur
ꝙ xp̄s homo non operabat̄ in virtute demōis
⁊ hoc eſt qđ dicit. Qui non eſt mecum.ſ. ꝑ con
cordiam in facto ⁊ voluntate. e Aduerſum
me eſt:⁊ huiuſmodi eſt diabolus vt patet ex di
ctis. f Et qui non colligit mecum.ſ. fideles
ad vnitatem fidei reducendo. g Diſpargit

dei[a]. Cū fortis armat⁹ cuſtodit atrium ſuū in pace ſunt omnia que poſſidet. Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum[b]: vniuerſa arma eius[c] aufert in quibus confidebat: et ſpolia eius diſtribuet: qui non eſt mecū[d]: aduerſū me eſt:[e] ⁊ qui nō colligit mecum[f] diſpargit[g]. Cum in mundus[h] ſpiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida[i] ⁊ in aquoſa q̄rens requiem ⁊ non inueniens[k] dicit Reuertar in domum meam[l] vnde exiui. Et cum venerit inuenit eam vacātem[m] ſcopis mundatā ⁊ ornatam: ⁊ tunc vadit ⁊ aſſumit[n] ſecum ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe ⁊ ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius

hic eſt diabolus qui diuerſas ſectas ⁊ hereſes
⁊ ſciſmata quantum poteſt introducit. h Cū
autem immundus:hic ponitur eorum exceca/
tio ⁊ poſſeſſio a diabolo: Ad cuius euidentiam
ſciendum ꝙ poteſtas diaboli fuit eiecta quodā
modo a populo iu
daico ꝑ legis da/
tionem que exclu
debat cultum de/
monum ⁊ induce
bat ad colendum
vnum deum verū:
⁊ ſic eiectus tran/
ſijt ad poſſidendū
plenius gentiles
ſine lege ⁊ ꝓphe/
tarū oraculis viuē
tes:⁊ ideo eos te/
nebat i ydolatria
ſubiectos:ſed ad/
ueniente xp̄i pre/
dicatione ⁊ apl'oꝝ
iudei pro maiori
parte fuerunt icre
duli gentiles autem deuote fidem xp̄i ⁊ apoſto
lorum acceperunt:⁊ ſic diabolus eiectus ab eis
per fidem xp̄i reuerſus eſt ad poſſidendum po
pulum iudaicum errore excecatum: ⁊ ſic facta
ſunt nouiſſima huius populi iudaici peiora po
ribus q: ſtatus populi peior eſt modo q̄ȝ fuerit
a principio ante legem datam: hoc eſt ergo ꝙ
dicit. Cum autem immundus ſp̄us exierit ab ho/
mine.i.a populo iudaico viuēte ſub lege natu/
re q: eiectus eſt per ſuſceptionem legis moſai
ce. i Ambulat per loca arida.i.in ipſis per
petuam manſionē. k Et non inueniens:q:
predicantibus apoſtolis inde eiectus fuit.
l Dicit Reuertar in domum meam.i.iudaicū
populum. m Et veniens inuenit eam va/
cantem.i.fide ⁊ bonis operibus vacuam. ſco/
pis mundatam:q: populus iudaicus habebat
quandam exteriorem munditiam ⁊ ornatū ꝓ
pter legis apparentiam. n Tunc vadit ⁊ aſ
ſumit ⁊c̄.per hoc ꝙ dicit ſeptem alios intelli/
git vniuerſitatem vitiorum hoc eſt dictum ꝙ
ante legem datam fuerunt peccatis irretiti ⁊ a
diabolo poſſeſſi ſed poſt aduentum xp̄i in pec/
cato ſuo obſtinati ſunt peiores facti:q: ex ingra
titudine peccata eorum ſunt quaſi duplicata ⁊
hoc loquendo quaſi de vno homine dicit per

ſimilitudinem intelligatur de toto populo iu/
daico. a Factum eſt autem: Hic ponitur cō/
futatio predictorum verbo mulieris virtutem
xp̄i confitentis cum dicitur. Factum eſt autem
cum hec diceret. ſ. xp̄s reſpondēs blaſphemijs
iudeoꝝ. b Ex
tollens vocem. id
eſt ex corde ⁊ con
ſtanter alte profe/
rens laudem xp̄i
contra vituperiū
iudeoꝝ. c Que
dam mulier iſta a
ſanctis doctoribꝰ
dicitur fuiſſe Sā/
cta Marcella fa-
mula beate Marte ſororis Lazari. d Bea/
tus vēter qui te portauit. matrē beatificat ⁊ lau
dat ex filio ⁊ nō ecōuerſo: q: ab illo puenit gr̄a
⁊ gl̄ia principalr̄ rōne deitas: ⁊ inſtr̄alr̄ rōne
hūanitatis: q: hūanitas xp̄i ē organū ꝯiunctū
ipſius deitati. e At ille dixit: Commendan/
do fidem ⁊ conſtantiam mulieris ⁊ aliorꝫ cō/
ſimilium. f Quinimo beati qui audiunt:
Iſtud quinimo non dicitur aduerſatiue ſꝫ con
comitatiue: quaſi dicat non ſolum illa que me
portauit beata eſt: ſed etiam qui audiunt v̄bum
dei corde credētes ⁊ opere adimplētes: vnde
dicit beatus Auguſtinus libro de virginitate:
ꝙ beata Maria felicius cōcepit deum mēte p
fidē q̄ꝫ corpore per carnis aſſumptionē.

peiora prioribus. Factum eſt autem[a] cum
hec diceret. extollens
vocem[b] quedam muli-
er[c] de turba dixit illi.
Beatus venter qui te
portauit[d]: ⁊ vbera que
ſuxiſti. At ille dixit[e].
Quinimo. Beati qui
audiunt verbuꝫ dei[f] ⁊
cuſtodiunt illud.

ℭ Expoſitio moralis.

Et erat ieſus eyciēs demonium ⁊ illud erat
mutum .ſ. effectiue tantum eo ꝙ obſeſſum ab
eo fecerat mutum. Hoc autem fit ſpiritualiter
quando gratiam habēs predicandi vel eccle/
ſiam officiandi ceſſat ab iſtis inſtigante diabo
lo quaſi mutus: ſed cum gratia dei viſitatur ey
citur demon ⁊ os eius ad predicandum ⁊ ad
laudandum deum aperitur per illos autē qui
dicebant i/ beelzebub ⁊c̄. ſignificant̄ maledicti
c Et ſequebatur eũ multitudo ma/ gna: Quidam ex deuotiõe ab eo cu rati: quidam mali tioſe volentes eũ capere ĩ ſermone: vt phariſei: ⁊ qui/ dam ex deſiderio adiſcendi: ⁊ alii ex curioſitate volen/ tes miracula que fa/ ciebat videre: idẽ ſubdit. d Quia videbant ſigna que faciebat ſuper his qui infir// mabantur: hoc additur ad oſtẽdendũ quod fiebãt virtute diuina: Magicis enim artibus bene fi unt aliqua curioſa ⁊ inutilia: ſicut quod ſtatue lo// quantur ⁊ conſimilia: ſed ſanitates que fiunt ad reducendum homines in deum fiunt tãtũmo/ do virtute diuina vt habetur in itineratiõe cle mentis. e Subiit ergo in montem: quia erat locus deuotionis: ⁊ doctrine aptus idẽ ſequitur f Et ibi ſedebat cũ diſcipulis ſuis docens eos ⁊ ſic patet locus in quo factũ eſt miraculum ſe/ quens: tẽpus autem in quo factum eſt deſcribi tur cũ dicitur. g Erat autẽ proximũ paſcha di es feſtus iudeorum. Iſtud eſt feſtum paſchale de quo iſte euãgeliſta facit mentionẽ: ⁊ in iſto pa/ ſchate nõ fuit ieſus in hierlm: quamuis enim xps legẽ ſeruauerit: tamen in hac ſolennitate non fuit: quia illi qui habebãt inimicitias capitales erãt ex/ cuſati a precepto legis qua precipit. Omne maſcu linũ apparere corã dño in ſolẽnitate paſchali: ſic autẽ erat de xpo: quia iudei querebãt eũ interfi/ cere. Preterea xps ſic ſeruãdo legem oñdit ſe eẽ verũ hominem de filiis iſrael ſecundum carnez ſic aliquando pretermittendo obſeruationem eius oſtendebat ſe eẽ dominũ ſupra legẽ. a Cum ſubleuaſſet. Hic ponitur miraculi actus ⁊ diui/ ditur in tres: quia primo premittitur miraculi ne ceſſitas. ſecũdo ſcribitur eius qualitas ibi: Di/ xit ergo ieſus. tertio oſtendit eius veritas: ibi vt autem impleti ſunt. Primum enim oſtendi tur tripliciter: ſcilicet ex populi multitudine cũ

Cum ſubleuaſſet ergo oculos ieſus:⁊ vidiſſet q: multitudo maxima venit ad eum: dixit ad philippum. Unde emẽmus panes[a]:vt manducent hi. Hoc autem dicebat temptans eum[b]. Ipſe eniꝫ ſciebat quid eſſet facturus[c] Reſpondit ei philippus[d]. Ducentoꝝ denarioꝛum panes nõ ſufficiunt eis vt vnuſqſ᷑qꝫ modicuꝫ qd accipiat[e]. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius: Andreas frater Simonis petri[f]. Eſt puer vn⁹ hic q habet qnqꝫ panes oꝛdeaceos ⁊ duos piſces[g] Sed hec qd inter tãtos Dixit ei ieſus[h]: Facite homines diſcumbere[i]. Erat autem fenuꝫ multum ĩ loco[k]. Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi qnqꝫ milia[l]. Accepit ergo ieſuſ panes[m] ⁊ cum gratias egiſſꝫ diſtribuit diſcũbẽtibus[n].

dicitur.i.cum ſubleuaſſet ergo oculos ieſus et vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum tantum enim deſiderabant audire chꝛiſtuꝫ qđ omiſerant apoꝛtare ſecum alimentum:pꝛopter quod neceſſarium erat fieri miraculum. Oſtẽditur etiaꝫ hec neceſſitas ex đfectu pecunie cũ ſubdit

a Unde emem⁹ panes vt manducent hi: non petit ignoꝛans qđ deficeret pꝛecium eis ſꝫ vt ex reſponſione philippi appareret certius miraculum:vnde ſb̄ditur.

b Hoc auteꝫ dicebat temptãs eũ: vt per hoc defect⁹ pecunie alijs oſtẽderetur:ſicut geñ.xxij.cap̄. Temptauit deus Abꝛaaꝫ: vt eius obedientia alijs manifeſtaretur non ſibi:pꝛopter quod ſequitur.

c Ipe enim ſciebat quid eſſet facturus: q: inq̃ꝫtum homo habuit plenitudinem ſciẽtie a pꝛincipio conceptionis ⁊ inq̃ꝫtum deus omnia nouit ab eterno. d Reſpondit philippus ducentoꝛum denarioꝛum panes non ſufficiũt eis: quaſi dicat pauperes ſumus ⁊ tantam pecuniã habere non poſſumus:⁊ ſi haberemus non ſufficeret ꝓ eoꝝ refectione:⁊ ideo ſequitur.

e Ut vnuſquiſqꝫ modicum quid accipiat:iſte enim philippus adhuc rudis exiſtens nõ aſpiciebat ad eius virtutem qua de aqua vinum fecerat:nec ad alia ſigna que frequenter fecerat: oſtenditur conſequẽter miraculi neceſſitas ex cibi paucitate. f Dicit ei vnus ex diſciplis eius Andreas frater ſimonis petri: Hic videtur melius diſpoſitus q̃ꝫ philippus:quia in reſponſione ſua videtur habere reſpectũ ad multiplicationem panum cõmodo quo factum eſt per Eliſeum.iiij.Regum.iiij.cap̄.vnde ſubdit.

g Eſt puer vnus hic qui habet quinqꝫ panes oꝛdeaceos:⁊ duos piſces.ſed hec quid ſunt inter tantos?quaſi dicat etiam ſi multiplicarent eo modo quo factum eſt per Heliſeum: qui de viginti panibus multiplicatis non ſaciauit niſi centuꝫ viros:in iſta magna multitudine hoc eſſet valde modicum.

h Dicit ergo ieſus.oſtenſa miraculi neceſſitate:hic conſequenter deſcribitur eius qualitas per multiplicationem panum virtute chꝛiſti:⁊ hoc eſt quod dicitur.

i Facite homines diſcumbere.i.oꝛdiate ſedere ad comedendum.

k Erat autem fenum multum ĩ loco: hoc interponitur ad oſtendendum ꝙ locus erat aptus ad ſedendũ

l Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quiqꝫ milia: ſm̄ modũ hebraicum ſoli viri numerantur a viginti annis ⁊ ſupꝛa vt habet Numeri ꝑmo. Mulieres autem ⁊ paruuli hic tacentur.

m Accepit ergo ieſus panes.quia in manib⁹ ſuis multiplicati ſunt. De modo hui⁹ multiplicationis habetur Matthei.xiiij.cap̄.qui etiaꝫ hic adducitur. De modo auteꝫ huius multiplicationis eſt dubitatio inter doctoꝛes:quia non determinatur in littera. Dicunt enim aliqui ꝙ hoc fuit ſine additione alicuius materie: ſicut de coſta Ade foꝛmatum eſt coꝛpus mulieris:ſicut enim deus poteſt de nihilo aliquid facere: ita modicum coꝛpus in magnum cõuertere ſine adiectione materie. Alij autem dicũt ꝙ hoc fuit per conuerſioneꝫ alicuius materie pꝛeexiſtentis vt aeris vel huiuſmodi in ſubſtãtias panis ⁊ piſcis ⁊ hoc videtur Auguſtinus ſentire ſuper Joannem.vj.dicens. Inde multiplicauit quinqꝫ panes:vnde ex paucis granis creat ſegetes. Certum eſt enim ꝙ ſegetes creantur ex conuerſione materie pꝛeexiſtentis in ſegetem. Sciendum tamen ꝙ chꝛiſtus nõ creauit paneſ de nouo:ſed pꝛeexiſtentes multiplicauit vt miraculum eſſet magis notuꝫ:quia talis multiplicatio eſt magis perceptibilis q̃ꝫ creatio.

n Et cum gratias egiſſet diſtribuit diſcumbẽ

tibus. idest ꝑ apoſtolos diſtribui ꝑcepit. Sciendum eſt ēt ꝙ xp̄s aliquando fecit miracula imperādo vt oſtēderet ſe facere illa virtute ꝓpria aliquādo aūt orando vt hic cū dr̄ gratias egiſſꝫ vt oſtenderet ꝙ talia non fiebāt ab eo ꝑ demones magica arte: vt phariſei dicebant. a Ut autē īpleti: hic oſtēdit miraculi veritas: Si enim multiplicatio illa fuiſſet tātum ſcḋm apparentiā hoīes non fuiſſent inde ſaciati: nec remāſiſſēt ibi reliq̄ ſenſibiles: Ideo ad maiorēʒ declarationēʒ miraculi ⁊ eiꝰ publicationē ſubdit. b Dixit colligite fragmēta ne pereāt: qꝛ ꝑ fragmēta portata aliis q̄ nō fuerant ibi multiplicatū eſt miraculum ⁊ approbatū: qꝛ vere ⁊ nō fictitie reficiebant. c Collegerūt ergo. xij. cophinos fragmentoꝝ: nō a caſu ſed ex diuina diſpoſitiōe impleti ſunt. xij. cophini ſcḋm numerū. xij. apoſtolorum: vt ⁊ ꝑ hoc deſignaretur ꝙ fragmēta verboꝝ xp̄i ꝑ apoſtolos ꝑ mundū publicarent. Sꝫ ſi queratur vnde habuerūt illos cophinos ī monte. Pōt dici ꝙ acceperunt in aliqua villa ꝓpinqua: vel ꝙ fuerūt ibi portati vt venderētur multitudini veniēti. Uel pōt dici ꝙ nō fuerāt ibi cophini ſed tm̄ collegerūt de fragmētis ꝙ. xij. cophini potuiſſent impleri: vt bñ alibi inuenitur talis modus loquēdi. d Ex qnqꝫ panibus. hoc ēt facit ad euidētiam miraculi: qꝛ plus remanſit q̄ꝫ a ꝓncipio fuit. e Illi ergo. hic ponitur miraculi fructus q̄ oſtenditur in fidei cōfeſſione cū dr̄ hic eſt vere ꝓpheta. Circa qḋ ſciēdum ꝙ xp̄s erat ꝓmiſſus in lege tanq̄ꝫ ꝓpheta ceteris excellētior vt habet Deutero. xviij. cap. Prophetam ſuſcitabit: ꝓpter qḋ viſo miraculo ꝓdicto populus cōfeſſus eſt illum eē de quo loquitur ꝓdicta ſcriptura: ⁊ ſic confitebātur eum eſſe verum chriſtum: ⁊ hoc eſt qḋ dicitur.

e Illi ergo homines ⁊c. fecerat ſignum alias nō auditum: qꝛ illa multiplicatio q̄ facta fuit ꝑ Eliſeum fuit multum deficiens ab iſta vt pꝫ ꝑ ꝓdicta. f Dicebāt ⁊c. vēturus eſt in mundū ad ip̄m ſaluādum. ſic autem non venerunt alij ꝓphete: ſed ſolū ad denūciādū iſtius aduentū.

Similiter ex piſcibꝰ q̄ꝫtum volebant. Ut autē impleti ſunt[a] dixit diſcipulis ſuis. Colligite q̄ ſuperauerant fragmēta ne pereant[b]. Collegerunt ergo ⁊ īpleuerunt xij. cophinos fragmentorum[c]: ex quinqꝫ panibus[d] ordeaceis ⁊ duobꝰ piſcibus que ſuperfuerunt is qui māducauerant. Illi ergo hoīes[e] cum vidiſſent ꝙ ieſus fecerat ſignū dicebāt[f]. Quia hic eſt vere propheta: qui venturus ē in mundum.

Expoſitio moralis.

Abijt ieſus trās mare galilee ⁊c. ⁊ ſequebatur eum multitudo magna. qꝛ adhuc populares et pedeſtres magis vadūt ad ſermones ⁊ ad dei deuotiones q̄ꝫ diuites ⁊ equites. facite homines diſcūbere. Theophi. quieſcere facit xp̄s diſcipulos ſuos vt diſcāt prepoſiti ꝙ q̄ laborant in opere ⁊ ſermone req̄em ꝓmerentur et ꝙ nō debent continue laborare. vnde ememꝰ panes vt manducent hi. Beda miſtice declinata dic turbas ſaluator reficit. qꝛ cum ſol iuſtitie ꝓ nobis occubuit a ſpirituali inedia ſumus ſaluati. Prouocat apoſtolos ad fractionem panis inſinuās ꝙ quottidie per eos ſint corda noſtra paſcenda eorum. ſ. litteris ⁊ exemplis ꝑ quinqꝫ panes intelliguntur quinqꝫ libri Moyſi: ⁊ per duos piſces ꝓphete ⁊ pſalmi figurantur. Duodecim cophini ſūt. xij fructus ſpiritus ſancti: quibus reficimur in eucharistie ſacramento.

Alia expoſitio moralis.

Subijt ergo ieſus in montem: Mons iſte ſignificat montem Caluarie in quo dedit nobis nutrimētuꝫ ſalutis ſicut in hoc monte ſaluator pauit multitudinē copioſam: ita ⁊ ibi nobis cōtulit gratiam ſufficientē vt dicunt theologi in tertio. Eſt puer vnus hic. Puer idem eſt ꝙ purus ⁊ mūdus ab omni malicia quo ſignificatur xp̄s qui fuit purus ab omni peccato: Habet qnqꝫ panes ſicut in hoc puero in monte ſunt reperti qnqꝫ panes: ſic in xp̄o in monte caluarie ſunt reperte qnqꝫ plage: ⁊ ſicut in hoc puero erant duo piſces: ſic in xp̄o due nature. ſ. humana ⁊ diuina: His enim ſaturauit. ideſt ſaluos fecit aſcēdentes in montem. i. volentes aſcēdere in celū. Cetera patent in alia morali expoſitione: excepto ꝙ non ſuperauerunt de piſcibus ex hoc qa eorum que ſemel aſſumpſit nihil vnq̄ꝫ dimiſit: qꝛ verus deus ⁊ verus homo regnat in celis.

¶ Queſtio eiuſdem Nicolai de lyra.

Ad maiorem euidentiam eoꝝ que dicta ſūt

hic ⁊ alibi de miraculis chriſti: queritur vtruꝫ
Chriſtus fecerit miracula ſola diuina virtute:
⁊ arguitur primo ꝙ ſic. Dicit enim Leo papa in
epiſtola ad Flauianuꝫ: Cum in chriſto ſint due
nature: vna earuꝫ eſt: ſcilicet diuina que fulget
miraculis: Altera ſcilicet humana que ſuccum/
bit iniurijs: ergo ſicut ſe habet humana natura
ad ſuccumbendum iniurijs: ſic ſe habet diuina
ad agendum in operibus miraculoſis: ſed ſola
natura humana iniurijs ſuccumbit: quia talia
pati repugnat deitati: ergo ſola natura diuina
agit in operibus miraculoſis. Et confirmaſ au/
ctoritate pſal. cxxxv. ſ. qui facit mirabilia ma//
gna ſolus. ergo ſola diuinitas eſt principium
agendi miracula. Item opera miraculoſa ex/
cedunt totam virtutem nature create: natura
autem humana in chriſto creata eſt: ergo vt
videtur in nullo attingit opera miraculoſa. Cō
tra quia chriſtus per tactum corporis ſanabat
miraculoſe vt dicitur de muliere patiente flu/
xum ſanguinis. Matth. vj. cap. Quotquot autē
tangebant eum ſalui fiebant. Si ergo talis acꝰ
nihil ageret in ſanatione predicta fruſtra adhi
beretur: quod non conuenit ipſi chriſto. ſcilicet
aliquid fruſtra agere: ergo ille tactus aliquid
faciebat: ⁊ certum eſt ꝙ pertinebat ad huma/
nitatem: ergo ⁊c̄. Reſpondeo. In hac queſtio//
ne ſic eſt procedendum: quia primo videnduꝫ
eſt qualiter viri ſancti viui vel defuncti quoruꝫ
miracula ſcripta ſunt in illis operati fuerunt.
Secundo qualiter Chriſtus inquantuꝫ homo
operatus fuerit. Circa primum aliquid eſt cer/
tum. videlicet ꝙ miracula non poſſunt fieri ali
qua virtute tanq̄ꝫ principaliter agente niſi vir
tute diuina: quia ſicut dictum eſt operatio mi//
raculoſa excedit totam facultatem virtutis cre
ate: ſimiliter certum eſt ꝙ ſancti viri ad mira/
cula pn̄t opari meritorie: qꝛ freq̄nter exptum ē
miracula facta fuiſſe a deo ad p̄ces ſanctoꝝ. Sꝫ
dubium eſt vtrum viri ſancti in miraculis ali/
quando operati ſunt per aliquam virtutem in
eis exiſtentem: non quia illa ſit principalis ra/
tio agendi: ſed tantuꝫ inſtrumentalis: vt ſic de
us tanq̄ꝫ principaliter agens fecerit miracula
per ſanctos tanq̄ꝫ per quedam inſtrumēta. Et
hanc queſtioneꝫ relinquit Auguſtinus. xxij. li.
De ciuitate dei inſolutam: vbi enarratis mul/
tis miraculis martyrum dicit ſic. Siue enim
deus per ſeipſum miro modo quo res tempo/
rales operatur eternus: ſiue per ſuos mini/
ſtros iſta faciat: ⁊ eadem ipaqꝫ per miniſtros
facit: ſiue quedam faciat etiam per martirum
ſpiritus: ſiue per homines adhuc in corpore
conſtitutos: ſiue deus iſta per angelos quibus
inuiſibiliter: immutabiliter: incorporaliter: im
perat operetur: vt que per martyres fieri di/
cuntur eis orationibus tantuꝫ impetrantibus
non etiam operantibus fiant: ſiue alia iſtis: ſi/
ue alia illis modis: qui nullo modo compre//
hendi a mortalibus poſſunt: et tamen atteſta/
tur fides hec in qua carnis reſurrectio predi/
catur. Beatus tamen Gregorius hanc que//
ſtionem determinare videtur in ſecundo libro
Dialogorum. Ubi dicit ſic. Qui deuota mente
deo adhereat cum res non neceſſitas expoſcit
exhibere ſigna modo vtroqꝫ ſolēt vt mira que/
qꝫ aliquando ex prece faciant: aliquando ex po
teſtate conceſſa illis a deo: ⁊ hoc probat conſe/
quenter ratione ⁊ exemplo. Ratio autem ta//
lis eſt: Cui conceditur illud qđ eſt maius non
eſt mirum ſi aliquando concedatur ꝙ eſt mi//
nus ſed maior eſt poteſtas filios dei fieri etiam
per adoptionem cum hoc ſolum ſanctis conce/
datur: qꝫ miracula operari ꝙ etiam aliquando
malis conceditur: vt habetur Matthe. vij. ca.
Sed primum conceditur hominibus ſanctis
ſm̄ ꝙ dicitur Joannis primo. Quotquot au/
tem receperunt eum dedit eis poteſtatem fili/
os dei fieri. Item probat hoc exemplo: quia
Petrus ſuſcitauit thabitham orando vt habe/
tur Actuum. ix. capitulo. Annaniam vero ⁊ ſa/
phiram morti tradidit ſubito abſqꝫ oratione:
ſed ſolum culpam eorum increpando. Actuum
v. capitulo. Et ſic videtur illud factum feciſſe
ex aliqua poteſtate ſibi conceſſa a deo tanq̄ꝫ in/
ſtrumentum diuine iuſticie. Item ad hoc vi//
detur facere ꝙ gratia dei diuiditur per gratiā
gratis datam: ⁊ per gratiam gratum facien/
tem: ⁊ licet aliquando ab aliquibus dictum fue
rit ꝙ gratia gratum faciens nihil ponit in ani
ma: tamen gratia gratis data ab omnibus cō/
ceditur ꝙ aliquid ponit in anima: ⁊ hoc patet
manifeſte de gratijs gratis datis que vocātur
ſermo ſapientie ⁊ ſermo ſciētie. Prima Corin.
xij. capitulo. Quia ſignificant quaſdam eminē/
tes cognitiones diuinorum ⁊ humanoruꝫ que
ponunt aliquid in anima: ſimiliter fides: pro
phetia: genera linguarum: ⁊ interpretatio ſer

monum: Et eadem ratione videtur ꝙ gratia
ſanitatum ⁊ operatio virtutum. ideſt miracu/
loꝛum que ponuntur gratie gratis date dicant
aliquam virtutem in animam exiſtentem. Di/
cunt tamen aliqui ꝙ iſta virtus operantis mi/
racula non eſt aliqua virtus manſiua per mo/
dum paſſionis tranſeuntis ſicut ⁊ pꝛophetia:
pꝛopter qđ tales non poſſunt facere miracula:
quotienſcunqꝫ volunt nec pꝛophetare. Sed qc
quid de concluſione: ratio tamen non valet:
quia ſicut dictum eſt talis virtus operandi mi
racula non eſt pꝛincipalis: ſed tantum inſtru/
mentalis. Inſtrumentum autem operari non
poteſt q̃ꝫuis ſit perfectum per foꝛmam ſuam ni
ſi moueatur actualiter per manum artificis: ſi
cut patet ꝙ ſecuris non poteſt ſecare niſi per
manum artificis moueatur. Et ideo dato ꝙ ta
lis virtus ſit manſiua: non poteſt tamen opera
ri ad miracula abſqꝫ motione diuine virtutis
pꝛincipaliter agentis: Si tamen talis virtus
ſit manſiua vel per modum paſſionis tranſeun
tis ſolum: ſicut eſt motio inſtrumenti cum mo/
uetur ab agente pꝛincipali: nihil dico modo.
Item ad concluſionem inducitur illud quod a
ſanctis ⁊ doctoꝛibus catholicis dicit̄ de ſacra/
mētis noue legis. videlicet ꝙ efficiūt quod fi/
gurant: ita ꝙ tanq̃ꝫ quedam inſtrumenta diui
ne miſericoꝛdie agunt ad inductionem gratie
ipſam inſtrumentaliter attingendo: vel ſalteꝫ
aliquam diſpoſitionem ad ipſam vt caractereꝫ
vel aliquid ſimile coꝛreſpondens in ſacramen
tis que non impꝛimunt characterem: ita ꝙ in
ſacramentis eſt aliqua virtus ad efficiendum
modo pꝛedicto: Et tamen ſacramenta conſi/
ſtunt in quibuſdam rebus ſenſibilibus: ⁊ ideo
multo foꝛtius videtur ꝙ in animabus ſancto/
rum viroꝛum defunctoꝛum vel viuentium poſ
ſit poni aliqua virtus diuinitus eis conceſſa in
operibus miraculoſis per modum pꝛedictuꝫ.
Ex dictis patet quid dicendum ſit de humani/
tate chꝛiſti que eſt oꝛganum ſeu inſtrumentuꝫ
coniuuctum ipſius deitatis: ſicut manus eſt in
ſtrumentum artificis: homines autem alij q̃ꝫ/
tumcunqꝫ ſancti non ſunt ſic coniuncti: ⁊ ideo
ſunt quaſi quedam inſtrumenta deitatis ſepa/
rata: ⁊ adhuc plus ſeparata ſunt eccleſie ſacra/
menta: inſtrumentum autem coniunctum ma
gis participat efficatiam agentis pꝛincipalis
q̃ꝫ ſeparatum: ⁊ ideo talis virtus operandi mi
racula efficatioꝛ inuenitur in humanitate chꝛi
ſti q̃ꝫ in quibuſcunqꝫ alijs. His dictis poteſt
reſponderi ad argumenta. Ad pꝛimum dicen
dum ꝙ ſimile tenet quantum ad hoc: ꝙ ſicut
humanitas in chꝛiſto fuit ratio patiēdi: ſic dei
tas eſt ratio ⁊ pꝛincipium faciendi miracula
pꝛincipaliter: non tamen tenet quantum ad ſe
cundum: quia non repugnat humanitati chꝛi
ſti operari ad miracula per modum inſtrumē
ti: repugnat autem deitati qualitercunqꝫ pati:
Uerumtamen ratione identitatis ſuppoſiti
idiomata communicantur: quia ſicut hec eſt
vera deus paſſus eſt: ita hec eſt vera demon/
ſtrato chꝛiſto. iſte puer creauit ſtellas. Ad il/
lud quod inducitur de pſal. Dic ꝙ li ſolus non
excludit humanitatem tanq̃ꝫ inſtrumentaliter
agentem: ſed tanq̃ꝫ pͥncipaliter: ⁊ ſic intelligen
dum eſt reſpectu alioꝛum ſanctoꝛum: ꝙ ſolus
deus facit miracula ſcilicet tanq̃ꝫ pꝛincipale
agens. Ad ſecundum dicendum ꝙ inſtrumen
tum in virtute pꝛincipalis agentis bene attin/
git ad aliquid quod excedit facultatem pꝛopꝛi
am conuenientem ei ſm̄ ſe: ſicut caloꝛ natura/
lis in virtute anime generat carnem vt habe/
tur ſecundo de anima. Argumenta autem in
contrarium concludunt tantum ꝙ humanitas
chꝛiſti agebat ad miracula ſicut agens inſtru/
mentale ⁊ ſecundarium ꝙ conceditur ⁊c̄.

Sequitur euangelium
ferie ſecunde.

Expoſitio litteralis.

QUoniam ſm ſniam philoſophi.iiij.methaphiſice.ad ipm eē ſeqtur ipm opari cum omnia ſint ꝺterminata ꝓprio opere: Jdeo hic euãgeliſta declarat diuinitatē xp̄i in opere.ſ.ꝑ opera diuina ⁊ miraculoſa que ſunt diuine virtutis manifeſtatiua qꝛ trãſcendũt virtutem totius nature create: vt patet in preſenti euangelio.

a Prope erat. Ponit̄ ergo h̄ occaſio ꝓnunciandi ſuam reſurrectionem futurã: q̄ non poſſet fieri niſi virtute diuina: qm̄ a ꝓuatione ad habitum impoſſibilis ē regreſſus ſm naturam: Hec aũt ꝓnunciatio ſue future reſurrectionis fiebat qꝛ aſcendēs ieſus hieruſalē eiecit de templo vēdentes ⁊ emētes: quod videbatur ꝑtinere ad ꝑſonam ſuꝑ populũ auctoritatē habentē: Et ideo huiꝰ auctoritatis petierũt iudei ſignum. Et hoc occaſio fuit ꝓdicendi ſignũ ſue reſurrectionis: ⁊ hoc eſt qđ dicitur.

a Prope erat paſcha iudeoꝝ in tribus enim ſolēnitatibus in anno tenebant̄ ꝯuenire in hieruſalem.ſ.in ſolēnitate paſce: pentecoſtes: ⁊ tabernaculoꝝ vt habet̄ Exo.xxiij cap. Verũ tamē de feſto tabernaculoꝝ ⁊ pētecoſtes aliqñ diſpēſabatur cũ illis q̄ erant a remotis: nō tñ de ſolēnitate paſchali. Chriſtus aũt vſqꝫ ad paſſionem ſuã voluit legem obſeruare: ⁊ ꝑ conſequēs in ſolēnitate paſchali hieruſalē aſcendere ⁊ hoc eſt qđ ſubditur. b Et aſcēdit Jeſus hieroſolimã Ex hoc cōfutatur error Manichei: q̄ dicit vetꝰ teſtamētũ a diabolo eſſe datuꝫ: qꝛ xp̄s nullo modo obſeruaſſet ipm. c Et inuenit in templo. noīe templi nō accipit̄ hic ipa domus dñi in q̄ erat altare thimiamatis: ⁊ candelabrũ nec atrium ſacerdotuꝫ in quo erat altare holocauſtoꝝ: ſed quoddã atrium vbi homines orabant ⁊ doctores etiã docebãt ibidē ⁊ ēt ibi vendebant̄ ea que in tēplo offerebant̄: ⁊ hoc eſt qđ dicit̄.

Feria.ij. poſt quartam dominicam. Euãgeliũ ſm Joannem.ij.cap.

In illo tempore. Prope erat[a] paſcha iudeorum ⁊ aſcēdit ieſus hieroſolimã[b]. Et inuenit in templo[c] vendentes oues ⁊ boues ⁊ columbas[d]: ⁊ numularios ſedentes[e]: Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis[f]: omnes eiecit de tēplo. Oues quoqꝫ ⁊ boues ⁊ numularioꝝ effudit es et menſas ſubuertit: et his qui columbas vendebant dixit. Auferte iſta hic: ⁊ nolite facere domum patris mei domum negociatōis. Recordati vero ſunt diſcipuli eius[g] quia ſcriptuꝫ eſt: zelus domus tue comedit me[h]. Responde-

d Vendētes oues ⁊ boues ⁊ colũbas: ⁊ qꝛ talia nō poterãt de longinquo adduci: ideo ſacerdotes cupiditate ducti ſtatuerãt homīes talia ibi vēdentes vt veniētes de longinquo nō haberēt excuſationem de oblationibus dimittendis. Aliq etiã eoꝝ non habebãt pecuniã: Jdeo ſacerdotes ſtatuerunt ibi campſores qui ſb̄ cautione tradebãt pecuniaꝫ ⁊ cũ hoc vltra ſortē aliqua munuſcula recipiebant nō tñ pecuniam ne arguerentur manifeſte facere contra legem. Deutero.xxiij.ca. vbi dicitur. Non dabiſ fratri tuo ad vſuraꝫ pecuniã. ⁊ hoc eſt qđ dicitur e Et nũmularios ſedētes. qꝛ hoc erat illicitũ ꝓpter cupiditatē ſacerdotum q̄ diuerſis adinuētionibus depauperabãt populum: vt pꝫ ex ꝓdictis: ⁊ qꝛ fraus ⁊ tumultus ſolent annecti mercationi q̄ ꝯtrariatur orationi: ideo ſeqtur. f Et cũ feciſſet q̄ſi flagellum ⁊c̄. ⁊ patet littera vſqꝫ ibi.

g Recordati v̄o ſunt diſcipuli eius qꝛ ſcriptũ eſt pſalmo.lxviij.de xp̄o. h Zelus domꝰ tue comedit me. Ex facto enim xp̄i recordati ſunt ſcripture illius ⁊ impletionis eiꝰ de xp̄o. Queritur hic quare nō reſiſtebant ei cum ipſi eēnt multi: ⁊ ipe ſolus ⁊ parũ adhuc reputatus. Dicēdum ꝙ diuina virtus in illo facto opabatur que apparebat in effectu cũ volebat ſicut infra. Joãnis.xviij.cap. Solo verbo ꝓſtrauit eos qui volebãt eũ capere. corpus enim xp̄i erat inſtrumentũ diuinitati ꝯiunctũ. Et iō ex oculis eiꝰ quedã fulgor exibat virtute diuina eos deterrens: ita ꝙ reſiſtere nō audebãt ſicut in paſſione vox illa q̄ erat diuinitatis quodãmodo inſtrm̄ proſtrauit magnã multitudinē armatoꝝ. Solet ēt queri ab aliqbus: quomodo fecit flagellũ de funiculis qꝛ nō vēdebant̄ ibi funiculi: ſꝫ ſolũ illa q̄ debebãt in tēplo offerri. Et dicũt aliq ꝙ ipſe xp̄s vtebat̄ funiculo ꝓ cingulo: ⁊ illũ funiculum accepit de quo erat ꝓcinctus: ⁊ ipꝫ duplicando

ſecit quaſi flagellum:q̄3uis hoc nō habeaꝑ expꝭ
ſe in textu tñ ꝓbabiliter pōt credi:q2 nō omnia
ſcripta ſunt vt dicitur in fine huius euangelij.
a Reſponderunt ergo.hic poniꝑ ſue reſurre/
ctionis ꝑnunciatio:q2 occaſione huius facti pe
tierūt ab eo ſignū
ipſi iudei dicētes.
b Quod ſignu3
oſtēdis nobis qa
hec facis:Quāuiſ
enim factū eēt bo
num de ſe tamen
nō pertinebat ad
quēlibet hoc face/
re:ſed ſolū ad eu3
qui haberet aucto
ritatem corrigēdi
exceſſus ſacerdotum:qꝺ nō conueniebat alicui
de cōi populo:cū ſacerdotes eēnt in illo populo
ſupiores:ſ3 ꝓphete mittebanꝑ ad hꝰ ſpecialiter a
deo ⁊ ideo petierūt ſignū miſſionis ſue:⁊ ipe ꝺ
dit eis ſignū poteſtatis diuine in ſuſcitatiōe ſui
corporis ꝓpria virtute ⁊ hoc eſt qꝺ dicitur.
c Rñdit ieſus ⁊ dixit eis:ſoluite tēplum hoc:
Nō eſt verbū inductiuū ad hoc faciēdū cū ſue/
rit ſimplr malum ex parte iudeoꝝ:ad malū aūt
xp̄s nō poterat inducere:ſed eſt verbū denun/
ciatiuū eius ꝙ erat ꝑ ipos faciendū:quaſi dicat
ſoluite templū.i.ſoluetis:q2 in paſſione xp̄i ani
ma fuit ſoluta a corpore:⁊ ſanguis a carne:⁊ cō
tinuitas membroꝝ in cōfixione clauoꝝ ⁊ lācee.
d Et in tribꝰ diebꝰ excitabo illud nō dicit poſt
tres dies:q2 xp̄s nō fuit mortuus tribꝰ diebꝰ cō
plete. e Dixerūt ergo.hic poniꝑ ſue ꝑnūcia
tionis interꝑtatio:⁊ diuidiꝑ in duo:q2 ꝑmo po
nitur interꝑtatio iudeoꝝ falſa:ſecūdo interꝑta
tio euāgeliſte:ibi:Ille aūt.Circa ꝑmum ſciēdū
ꝙ iudei petierūt a xp̄o ſignū nō ad credēdū: et
venerādū:ſ3 magis ad deridendū ⁊ ipugnādū
qꝺ p3 ex hoc ꝙ ſtati3 impugnauerūt dictū ſuū:
⁊ iō nō fuerūt digni vt ꝑdiceret eis reſurrectō
nem corporis ſui manifeſte ſed occulte vocans
corpus ſuū tēplū:⁊ iō voluerūt arguere dictu3
ſuū ꝑ materiale templū:⁊ hoc eſt qꝺ dicitur.
e Dixerūt ergo iudei q̄draginta ſex ānis edi
ficatum ē tēplū hoc ⁊c̄. Hoc dicūt deridēdo q̄ſi
eēt ei ipoſſibile multo plus deriſiſſent ſi reſur/
rectione3 corporis ſui ꝑdixiſſet manifeſte:qa
difficilius ē reſuſcitare mortuū q̄3 edificare ta/
le templū.Sciendū ēt ꝙ nō loquūtur hic de tē
plo facto ꝑ Salomonē:q2 illud fuit edificatum
in ſeptem annis vt habetur.iij. Regum.vj. ca.
⁊ ꝑterea q2 fuit ꝑ Nabuchodonoſor deſtructū.
iiij. Regum vltimo ca.ſed loquūtur de tēplo re
edificato poſt captiuitatem babilonicam. Ī pri
mo eni3 anno Ci/
ri regis perſarum
in quo data eſt po
pulo licētia rede/
undi ⁊ templū re/
edificandi vſq3 ad
ſextū annu3 Darij
ſub quo conſuma/
tum eſt templum
illud: fluxerunt q̄
draginta ſex anni
q2 iudei impedie
bantur a nationibus in circuitu eoꝝ exiſtenti/
bus in edificatione tēpli:iſte numerus patet ꝑ
hoc q2 Cirus regnauit.xxx.annis.Cambiſes fi
lius eius poſt eum.x.q2 nō computatur tempuſ
quo regnauit cum patre:poſt eum regnauerūt
ſucceſſiue duo Magi:ſed tempus eoꝝ dimittiꝑ
q2 regnauerunt tm̄ ſeptem menſibus:quibꝰ ſuc
ceſſit Darius in cuius ſexto anno cōſumatū eſt
templi opus:⁊ ideo de iſto templo loquebatur
q2 illud ſtabat in eoꝝ ꝑſentia:⁊ illud oſtēdebaꝑ
vt patet in littera. Hec aūt.xlvj.annorum acce/
ptio accipiꝑ ſm expoſitores latinos ⁊ grecos:
ſm hebreos oportet aliter accipere ſicut dixi i
ꝑncipio libri Eſdre. ⁊.ix.ca.Danielis:tñ de ve
rificatione huius dicti.xlvj.annis edificatū eſt
templum hoc nō ē multu3 curandū:q2 nō ē ver
bum xp̄i nec euangeliſte niſi tm̄ referēdo:ſ3 eſt
verbum iudeoꝝ deridendo xp̄m vt dcm̄ eſt cō
tra quem multa falſa dixerūt vt ifra refert euā
geliſta. f Ille aūt.hic ponitur interpreta/
tio vera:q2 loquebatur de corpore ſuo nomine
templi:quia humanitas chriſti erat ſpirituale
habitaculum ipſius dei:⁊ hoc eſt qꝺ dicit euan
geliſta.Ille autem dicebat de templo corporis
ſui. Hanc autem interꝑtationem non cognoue
runt tunc apoſtoli:qꝺ patet ex hoc ꝙ poſtea pe
trus audiens ab eo eius paſſionem futura3 vo
luit eam impedire. Matth.xvj.cap.S3 poſt re
ſurrectionem chriſti hāc interpretationem in
tellexerunt quando aperuit illis ſenſum vt in/
telligerent ſcripturas Luce vltimo cap. ⁊ hoc
eſt qꝺ dicitur. g Cum ergo reſurrexiſſet a
mortuis recordati ſūt ⁊c̄.ſ.itelligēdo de corpo/

runt ergo iudei[a] ⁊ dixe
rūt ei:quod ſignū oſtē
dis nobiſ q2 hec facis[b]?
Reſpōdit ieſus ⁊ dixit
eis[c] Soluite tēplū hoc:
⁊ i tribꝰ diebꝰ excitabo
illud[d]. Dixerunt ergo
iudei[e].quadraginta et
ſex annis edificatu3 eſt
tēplu3 hoc:⁊ tu in tribꝰ
diebꝰ excitabis illꝺ? Il
le aūt dicebat[f] de tēplo
corporis ſui.Cum ergo
reſurrexiſſ3 a mortuis[g]

re ſuo. a Et crediderūt ſcripture.ſ.ꝓpheta
rum loquentium de chriſti reſurrectione futu/
ra,tertia die. Oſee.vj.cap.Uiuificabit nos poſt
duos dies ꝛ in die tertia ſuſcitabit nos hoc di/
xit propheta quia reſurrectio chriſti fuit cau/
ſa reſurrectionis
noſtre.Et Jone ſe
cundo dicitur:qa
Jonas fuit tribus
diebus ꝛ tribꝰ no/
ctibus in vētre ce
ti in figura ipſius
chriſti.
b Et ſermoni quē
dixit ieſus qꝛ tunc
perceperunt im/
pletionem verbi
illius.
c Cum autē eēt.

recordati ſunt diſcipuli
eius:qꝛ hoc dicebat dei
corpore ſuo. ꝛ credide-
runt ſcripture[a] ꝛ ſermo
ni quem dixit ieſus[b].
Cum autez eſſet[c] hiero-
ſolymis in paſcha i die
feſto:multi crediderūt
in nomine eius[d]:viden
tes ſigna eius que faci-
ebat[e]:Jpſe autem ieſus
non credebat ſemetip-
ſum eis[f]:eo qđ ipſe no
ſcet omnes[g]: ꝛ qꝛ opus
ei non erat[h]:vt quis te-
ſtimonium perhiberet
de homine[i].Jpſe enim
ſciebat qd eēt in hoīe[k].

f Jpe autem ieſus non credebat ſemetipſum
eis:altiora myſteria.ſ.fidei reuelando ꝛ ſubdi
tur cā. g Eo ꝙ ipe noſcet omnes.ſ.iſtorum in
perfectionem ꝛ illorum fictionem. Modus ꝑ
quem cognoſcebat hic oſtenditur.
h Et quia opus
ei non erat:ideſt
neceſſe. i Ut qs
teſtimonium per/
hiberet de homi/
ne.i.vt mentem ꝛ
ſtatum cuiuſlibet
hominis cogno/
ſceret per informa/
tionem alteriꝰ:qa
hoc ſciebat perfe/
cte per ſemetipſm:
ꝓpter hoc ſeqtur.
k Jpſe enim ſcie
bat quid eſſet in homine.i.in mente ꝛ ſtatu cu/
iuſlibet hominis.Et ex hoc euangeliſta oſten/
dit ipſum eſſe deum cuius ꝓprium eſt ſcire ſe/
creta cordium.

Hic vltimo ponitur fructus denunciationis et
predicationis chriſti:quia chriſtus exiſtēs hie
roſolimis in feſto paſchali populum docuit et
multa miracula fecit ad confirmationez ſue do
ctrine: ex quibus multi fuerunt moti ad credē
dum: ꝛ hoc eſt ꝙ dicitur.
c Cum autem eſſet hieroſolymis in paſcha i
die feſto.non accipitur hic dies pro vna die na
turali:vel artificiali tm̄:ſed pro toto tempore ſo
lennitatis paſce que durabat per ſeptem dies
continuos. d Multi crediderunt in nomi
ne eius:credentes ꝙ ipe eſſet vere chriſtus.
e Uidentes ſigna que faciebat:Sicut eniz ſuf
ficienter oſtenditur veritas ſubiacens facultati
naturali intellectus quando reducitur ad ꝑma
ꝑncipia per ſe nota:ita veritas excedens facul/
tatem intellectus qualis erat iſta quando con/
firmatur per opera diuina: quia certum eſt ꝙ
deus non poteſt eſſe teſtis falſitatis:ꝛ ideo quā
do ad confirmationem alicuius doctrine indu
citur opus diuinum ſufficienter oſtenditur ꝙ
dictum eſt in illa eſſe verum.Uerūtamen quia
in illis credentibus aliqui erant adhuc imper
fecti: ꝛ aliqui iungebantur eis qui erant tantū
modo ficti:Jdeo chriſtus adhuc non reuelabat
eis altiora myſteria catholice fidei:quia ficti in
digni erant audire:ꝛ imperfecti adhuc non po
terant capere: propter quod etiam ipſis apo/
ſtolis dixit ieſus Joannis.xvj.cap.Multa ha/
beo vobis dicere ſed non poteſtis portare mo/
do: ꝛ hoc eſt ꝙ dicitur.

Expoſitio moralis.

Et prope erat paſcha iudeorum ꝛc̄.ſequitur
ꝛ inuenit in templo vendentes oues ꝛc̄.p oues
intelliguntur hypocrite qui mentem lupinam
habent ſub ouila pelle:per boues qui ſunt labo/
rioſi ſignificantur illi qui magnos labores ſu/
ſtinent pro principibus ꝛ prelatis vt per hoc ꝓ
moueantur in eccleſia:licet inſufficientes ſint ꝛ
indigni. Per vendentes columbas: ſimonia/
ce promoti:omnes iſtos eiecit de templo chri/
ſtus.Significans ꝙ ſunt excluſi de templo glo
rie ſancto dei.Soluite templum hoc ꝛc̄. ꝙ in/
telligitur litteraliter de ſolutione corporis xp̄i
per mortem:vt dicitur in littera: per quod ſi/
gnificatum fuit: ꝙ iudei poſt aſcenſionem chri
ſti conarentur ſoluere corpus eius myſticum:
ſed in tribus diebus fuit ſuſcitatum per quos
dies ſignificantur doctrine miracula: ꝛ exem/
pla vite in apoſtolis aliiſqꝫ diſcipulis per hec
eccleſiam illuminantibus:ſicut ſol ꝛ luna. Jpſe
autem ieſus non credebat ſemetipſuz eis.ideſt
non reuelabat altiora myſteria eis ſm̄ ſenſum
litteralem quia aliqui erant imperfecti non po
tentes capere ea:ꝛ aliqui ficti querentes ea de/
ridere: ꝛ in hoc inſtruit predicatores euange
lij: vt non predicent ſimplicibus alta:ſed craſ
ſa ꝛ capibilia quia ſunt nutriendi lacte ꝛ non ſo

lido cibo: nec fictis fidei ſecreta myſteria ne ꝺrideāt ipa propter qꝺ dicit Saluator Matth. vij.cap. Nolite ſanctum dare canibus neqꝫ mittatis margaritas ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus ſuis.

Queſtio fratris Antonij betōtini.

Zelus domus tue comedit me. Joānis primo caplō. ¶ Super quibus verbis querit vtrū homo quandoqꝫ poſſit turbari ⁊ iraſci ſine peccato.

## Feria tertia poſt quartam dominicam quadrageſime. Euangeliū ſm Joannem. vij. cap.

In illo tempore. Jam die feſto [a] mediante: Aſcendit

Ad quod breuiter ex ſententia dicitur durādi Aſtexani ⁊ Alexandri de ales in ſecundo volumine: ꝙ triplici modo hominē iraſci ſiue turbari quandoqꝫ contingit. Uno modo ratione nature ſicut pleriſqꝫ ſepius euenire ſolet: qui ꝓpter inclinationem nature ad paſſionem iraſcibilitatis ſubito conturbantur: Hec quidem ira ſi vltra ꝑmos motus procedere non cognoſcitur: nullius culpe a doctoribus extimatur. Nā philoſophus teſte. Primi motus nō ſunt in poteſtate noſtra. Alio modo ratione vindicte offenſionis humane que illis euenire contingit: qui propter aliquam offenſionem humanam ꝓpriam vel alienam ſe vindicari ex indignatione appetunt: cum ex iniuria accenſo ſanguine circa cor iraſcuntur ⁊ conturbantur. Et hi quidem ſi vindicta leui vindicari ſe vellent venialiter tantūmodo peccarent. Unde glo. ſuper illud pſal. Iraſcimini ⁊ nolite peccare: dicit: Uenialis eſt ira que non perducit ad effectum. i. ad graue proximi nocumentū. Ultimo modo hominem iraſci ⁊ conturbari contingit ratiōe vindicte offenſionis diuine: ſicut iratꝰ ē Moyſes contra ydolatras: vt Exo. xxxij. cap. legitur. Et Helias contra ſacerdotes Baal: vt in tertij voluminis Regum. xviij. cap. ſcribitur. Et hec ira que proprie vocatur ira per zelum cum virtus ſit nō prohibetur: ſi rationis ordine procedere cognoſcatur. ſcilicet vt nemo ad vindictā procedat: niſi ſit talis ꝙ iniuriā dei vindicare ex officio ſibi contingat. Nam. xxxiij. q. ij. In hoc cap. ſiue dicitur. Pena nulli inferenda eſt niſi per iudicem: In duobus primis locis ira ex impacientia cognoſcitur procedere. In vltimo ex zelo ⁊ diuine charitatis amore. Uñ Gregorius in quinto lib. taliter inquit. Alia eſt ira quam in patientia excitat: Alia quā zelus format: Illa ex vicio: hec ex virtute generatur: Ira per vicium oculos mentis excecat: Ira per zelū turbat: Inde āt mēs turbaſ ne videat: Inde ꝓficit vt ad videndum verius clareſcat: ſicut infirmāti oculo cum colirium ī mittitur lux ꝑmitus negatur. Sed ide eam poſt paululum veraciter reſpicit: vnde hanc ad tempus ſalubriter amittit: Hanc igitur iram per zelum chriſtus dominus noſter habuit hodie: quando facto flagello de funiculis: emētes ⁊ vendentes eiecit de templo: cum de eo ſcriptum eſſet. zelus domus tue comedit me.

### Expoſitio litteralis.

In hac lectione euangeliſta agit de origine chriſti doctrine manifeſtando eā quare ſicut predictum eſt: pater debet filijs nutrimentum ⁊ documentū. Primo igitur de manifeſta origine doctrine chriſti ponitur ſua occaſio. Secundo de origine doctrine chriſti ſua naturalis manifeſtatio: Secunda ibi: Reſpondens ieſus mea doctrina ⁊c. Circa primum eſt ſciendum ꝙ locus aptus ad predictam manifeſtationem erat ciuitas hieroſolimitana: vbi ad diem feſtum veniebat populus. Et ideo ad manifeſtationem talem aſcendit hieruſalem.

a Jam die feſto. Hic ponitur occaſio manifeſtationis que eſt admiratio turbe in doctrina chriſti. Et ideo debuit oſtendere vnde originaretur excellentia ſue doctrine: ⁊ hoc ē qꝺ dicit.

a Jam autem die feſto mediante: Dies feſtus hic dicitur totum tempus illius ſolennitatis: que durabat per ſeptem dies: ⁊ ſic medium huius feſti erat in quarto die ⁊ tunc.

Jeſus in templū: ⁊ docebat[a]. Et mirabantur iudei[b] dicentes. Quomodo hic litteras ſcit cum non didicerit? Reſpōdit eis ieſus ⁊ dixit[c] Mea doctrina non eſt mea[d]: ſed eius qui miſit me[e]. Si quis voluerit voluntatem eius facere[f] cognoſcet de doctrina mea[g]: vtrum ex deo ſit[h]. an ego a meipſo loquar[i]. Qui a ſemet ipſo loquitur[k]: gloriam propriam querit[l]. Qui autem querit gloriam eius[m] qui miſſit me: hic verax eſt[n]. Et iniuſtitia in illo non eſt[o].

a Aſcendit ieſus in templum ⁊ docebat: quia ibi eſt locus aptus ⁊ cōmunis ſane doctrine.
b Et mirabantur. iudei ꝓpter rem inſolitam: credebant enim ipm eſſe filium Joſeph: ⁊ ꝑ cōſequens occupatum in labore corporali: ſciebāt etiam ipſum non eē exercitatum in ſtudio ⁊ tamen videbant eum excellentiſſime docentem legis ⁊ ꝓphetarum teſtimonia ꝑferentē: ⁊ ideo merito mirabant̄: vnde tanta excellētia doctrine originabatur ⁊ hoc ē qđ dicit̄: quomodo hic litteras ſcit cum nō didicerit.
c Reſpondit ieſus. hic conſequenter exprimitur origo illi⁹ doctrine: ⁊ diuiditur in duas: qꝛ ꝑmo oſtendit doctrine ſue originem: ſecūdo inuitat ad ipſam: ibi: nouiſſimo autem. prima in duas qꝛ ꝑmo oſtenditur origo doctrine: ſecundo origo docentis: ibi dicebant ergo. prima in tres: quia ꝑmo ꝓponit intentum: ⁊ ſecundo ꝓbat ꝓpoſitum: ibi: ſi quis voluerit: ⁊ tertio concludit: ibi: nolite iudicare: In ꝑma ergo parte ꝓponit ꝙ doctrina ſua eſt a patre originaliter dicens. d Mea doctrina non eſt mea: quaſi dicat iſta doctrina que eſt mea approbatiue ⁊ ſubiectiue non ē mea ꝑ exercitium acquiſitiōis humane. e Sed eius q miſit me. i. data eſt mihi a patre: qꝛ filius ſcḋm naturam diuinam: lꝫ habeat eādem ſcientiam cum patre: tamen hꝫ eam ab ipo vt ſupius frequēter dictum eſt ſcḋm vero naturam humanam habet aliam ſciētiam ſ. creatam: non tamen habet eam per exercitiū acquiſitum: ſed ab inſtanti conceptiōis infuſaꝫ: ⁊ ſic ſoluta eſt queſtio qua querebāt: quomodo hic litteras ſcit cum non didicerit? Alio modo exponit Auguſtinus dicens: Qđ filius eſt verbum patris: ⁊ quia verbum alicuius idem ē ꝙ doctrina ſua: Jdeo ſequitur ꝙ filius ſit doctrina patris: Filius igitur eſt doctrina per idēptitatem: non tamen per originem: quia a ſe non originatur: ſed a patre. Eſt igitur ſenſus ſcḋꝫ Auguſtinum: Mea doctrina non eſt mea: quaſi dicat. Ego qui ſum doctrina patris non ſum a me ipſo ſed a patre: Expoſitio tamen prima magis concordat littere.
f Si quis. hic conſequenter probat propoſitum. ſcilicet ꝙ ſua doctrina ſit a patre ſibi data: ⁊ diuiditur in duas: quia primo inducit ſuam probationem. ſecundo remouet quādam obiectionem ibi: Nonne moyſes: Prima in duas: ſcḋm duas ꝓbationes quas inducit: ſecunda ibi quia a ſemetipo ꝑma probatio procedit ex aliorūꝫ iudicio. Amor enim ⁊ odium multum peruertunt iudicium recte rationis ⁊ ideo mouet eos vt amoueant odium ꝙ contra ipſum conceperant: ⁊ tunc poterunt manifeſte iudicare ꝙ eius doctrina ſit a deo patre eam per miracula teſtificante: quia non poteſt eſſe teſtis falſitatis vt ſupra dictum eſt: ⁊ hoc ē quod dicitur.
f Si quis voluerit voluntatem eius facere. ſcilicet patris celeſtis peruerſam affectionem a ſe abijciendo.
g Cognoſcet. id eſt vere poterit iudicare quia paratus ſum eius iudicio committere.
h Utrum ex deo ſit an ego a meipſo loquar: non eſt per hoc intelligendū ꝙ filius in aliquo poſſit a patre diſcordare: qꝛ hoc ē ipoſſibile: ſed loqtur eis ſcḋm eoꝝ opinionem: qꝛ reputabāt eū purum hominem quare dicit. i An ego a meipo loquar: gliam humanaꝫ falſo querendo vt vos exiſtimatis. k Qui a ſemetipſo. Hic ꝯñter ꝓbat ꝓpoſituꝫ ꝓprio facto: qꝛ in doctrina ſua querebat gloriam patris celeſtis: ⁊ ſic pꝫ ꝙ illa doctrina erat a deo. Omne enim qđ eſt ad dei gliam ordinatū ab ipo eſt ⁊ hꝫ eſt qđ dicitur
k Qui a ſemetipo loqtur. falſa de ſe fingēdo
l Gliam ꝓpriam querit: qꝛ ſupbia excitat illū ad ſic loquendū. m Qui aūt querit gloriam eius q miſſit illum. i. dei patris. n Hic verax ē: in doctrina. o Et iniuſtitia in illo nō eſt: qꝛ irrephenſibilis ē in vita: Sic aūt faciebat xp̄s quia ſtatum paupertatis ⁊ abiectionis elegit: ⁊ gloriam dei in omnibus queſiuit.

Nonne moyſes[a] dedit vobis legeʒ: ꝛ nemo ex vobis facⁱ legē[b]? Quid me queritis interfice-re[c]? Rn̄dit turba[d] ꝛ dixit: Demoniuʒ habes[e] Quis te querit interficere? Rn̄dit Jeſus[f] ꝛ dixit eis. Unum opus feci[g]: ꝛ omnes miramini[h] ꝓpterea moyſes dedit vobis circūciſioneʒ[i] non q2 ex moyſe eſt[k]: ſʒ ex patribus[l] ꝛ in ſabba-to circūcidit hominē[m] Si circūciſionem[n] acci-pit homo i ſabbato: vt nō ſoluatur lex moyſi mihi idignamini[o] quia totum hoīem ſanum feci i ſabbato: Nolite iudicare[p] ſm faciem: ſʒ iuſtuʒ iudiciū iudicate[q]: Diceban: ergo qdaʒ[r]

a Nonne Moyſes. Hic remouet quandam obiectionē q̄ poſſet fieri in ↄtrariū: q2 poſſent dicere ꝛ d̄ facto dicebāt ꝙ doctrina nō ē a deo q2 legē dei datam moyſi nō cuſtodis violādo ſabbatum. hoc enim ei imponebāt. Hanc autē obiectionem re/mouet dupliciter Scd̄o ibi rn̄dit ie ſus. Primo igitur remouet obiectionem predictam ꝑ hoc dato ꝙ eſſet tranſgreſſor legiſ non tn̄ habebāt titulū arguendi ip/ſum cum eēnt trāſgreſſores legiſ maniſeſte in maiori/bus: Et hoc eſt qd̄ dicitur. a Nō/ne moyſes dedit vobis legem. q.d. vos eſtis obligati ad eius obſeruationem ma/gis q̄ʒ ego: quia ſm veritatē non erat obligatꝰ b Et nemo ex vobis facit legem. qd̄ ꝓbat per effectum dicens. c Quid queritis me interficere? lex enim ꝓhibet interfectionem inno/centis: ꝛ q2 nō poterant rōnabiliter rn̄dere cō uerterunt ſe ad conuitia. vnde ſequitur.
d Rn̄dit turba. ideſt hoīes turbati.
e Demonium habes. qd̄ patet maniſeſte fal/ſum: q2 demonia expellebat. qs te querit iter/ficere? q.d. nos non q̄rimus: ꝛ in hoc mentiuntur ſicut ꝛ in ꝑmo: q2 q̄rebant mortem eius: vt patet in ꝑncipio huius f Rn̄dit Jeſus. Hic alio modo excludit obiectionem predictā oſtēdens eam falſam: ex hoc enim dicebant eū trāſgreſſoreʒ legis qd̄ languidū ſanauerat die ſab/bati: vt patet Joh. v. cap. ꝛ tn̄ in hoc nō fuit trāſgreſſor. Et hoc idem oſtendiꝭ alio modo. ſ. per circūciſionem quā licite accipit homo i ſabba/to: ꝛ hoc eſt qd̄ diciꝭ. f Rn̄dit Jeſus ꝛ dixit eis: reprimendo eoꝝ maliciam. g Unū opꝰ feci. ſ. notū vobis. h Et oēs miramini. i. turbamini: quaſi dicat quātum turbaremini: ſi videretis omnia facta mea male interꝑtātes ea.
i Propterea moyſes dedit vobis circūciſio/nem. in legem eam ſcribendo. k Non quia ex moyſe eſt. ſ. primo. l Sed ex patribus. q2 data eſt tempore Abrae: vt patet Gen̄. xvij. ca. ꝛ ſic patet ꝙ circūciſio eſt maioris auctoritatis quia data eſt ipſi Abrae: qui erat pater princi-palis populi. m Et in ſabbato circūciditis hominē: abſq3 legis tranſgreſſione: qa ꝑceptū eſt ꝙ octaua die circūcidaꝭ puer: ꝛ ideo ſi octaua dies ſit i ſabba/to circūcidiꝭ puer nec aliq̄ trāſgreſ/ſio reputaꝭ. ex q̄ arguit ſaluator.
n Si circūciſio/nem accipit hō in ſabbato vt nō ſol/uatur lex Moyſi: vt patet per ꝑdcā o Mihi idignamini. qa totū ho/minem ſanuʒ feci in ſabbato. q.d. q̄ eſt valde irratio/nabile: qa magis licita eſt ꝛ melior ſanatio hominis in anima ꝛ corpore q̄ʒ ſit ipſa circūciſio ꝛ magis ad dei gloriaʒ. p Nolite iudicare. Hic ex predictis concludit intentū. ſ. ꝙ eius doctrina ſit a deo ſi recte conſideretur: ꝛ hoc eſt qd̄ diciꝭ. p Nolite iudicare ſm fa/ciem. i. attendentes ad id qd̄ non pertinet ad rem: qd̄ ſit quando amor vel odiū attendiꝭ ꝑꝑꝭ qd̄ aliter q̄ʒ ſm veritatem iudicatur. q Sʒ iuſtum iudicium iudicate. i. de doctrina mea ꝛ de factis meis iudicate. ſm naturam rei in ſe ꝛ tunc inuenietis qd̄ eſt a deo ſm veritatem.
r Dicebant ergo. Declarata origine doctrine Hic oſtenditur origo doctoris: ꝛ diuiditur in duas: qa ꝑmo circa hoc ponitur populi dubitatio. ſcd̄o xp̄i ſolutō: ibi clamabat ergo. ¶ Circa primū ſciendū ꝙ multi de populo ſciebant ꝑn/cipes querere mortem xp̄i: ꝛ ideo cū vidiſſent eum in palam docentem ꝛ principes arguen/tem ꝛ ipſos non contradicere: crediderūt for/tius ipſum eſſe xp̄m trahentes argumentū ex facto principum: qa non capiebant eum cuʒ tn̄ prius ad mortem quererent eum: quaſi ipſi de nouo haberent noticiam ꝙ ipſe eſſet vere xp̄s eis promiſſus: ꝛ ideo ab eius perſecutione ceſ/ſaſſent: ꝛ hoc eſt qd̄ dicitur.
r Dicebant ergo quidam ex hieroſolimis. Iſti enim melius ſciebant malicias principuʒ q̄ʒ alij: quia manebant cum eis in ciuitate.

a Nonne hic eſt quem querunt iudei interficere?toto conatu ſuo.
b Ecce palam loquitur:⁊ contra eos vt patet per predicta.q: dixit nemo ex vobis facit legē.
c Et nihil ei dicunt.i.ipſum non capiunt:quia bene aliqua verba ei dicebant:vt patet ex predictis.
d Nunquid vere cognouerunt: quaſi dicat videtꝙ ſic eo ꝙ deſiſtunt ab eius perſecutione: verum tamen quia nō habebant certitudinem:ſed tm̄ opinionem. Ideo etiaꝫ arguebant ad contrarium dicentes
e Sed huuc ſcimus vnde ſit.quia patriam ⁊ genus eius cognoſcebāt.
f Chriſtus autem cum venerit nemo ſcit.i.nemo ſciet. g Unde ſit:Iſtud autem accipiebant ex ſcriptura Iſai.liij.ca.que ad litteram intelligitur de chriſto:Generationem eius quis ennarabit.Et Iſai.xlv.Uere tu es deus abſconditus ſaluator iſrael.
h Clamabat.Poſita dubitatione populi circa originem chriſti.Hic ponitur predicte dubitationis ſolutio:⁊ diuiditur in duas:quia pmo d̄claratur chriſti origo:ſecūdo ex hoc oritur turbe diuiſio.ibi:Querebant.In prima ergo parte dicitur ſic. h Clamabat ergo ieſus:in quo oſtenditur magnitudo ſui effectus ad noſtram informationem. i In templo docens: vt omnes poſſent eum audire.
k Et dicens: eorum dubitationi reſpondēdo
l Et me ſcitis:quantum ad humanitatem patriam ⁊ genus cognoſcendo:ſed quantuꝫ ad diuinitatem me neſcitis.Ideo ſequitur.
m Et a meipſo non veni:ſed a patre quē ignoratis. n Sꝫ eſt verus qui me miſit: quia in hoc impletur promiſſum de filij miſſione.
o Quem vos neſcitis:quia deuꝫ nemo vidit vnq̄:vt patet primo capitulo.⁊ proinde me nō cognoſcitis:cum ſim eius filius naturalis equalis ei in natura deitatis.

ex hieroſolymis. Nonne hic eſt: queꝫ querūt iudei interficere[a]:Ecce palam loquitur[b]:et nihil ei dicunt[c]. Nūquid vere cognouerunt principes[d] quia hic eſt chriſtus.ſed hūc ſcimus vnde ſit[e].Chriſtus autem cum venerit:nemo ſcit[f] vnde ſit[g].Clamabat ergo ieſus[h] in templo docens[i] ⁊ dicens[k].Et me ſcitis[l]:⁊ vnde ſim ſcitis ⁊ a meipſo non veni[m]:ſꝫ eſt verus qui miſit me[n] quē vos neſcitis[o].Ego ſcio eum[p].Et ſi dixero quia neſcio eum.Ero ſimilis vobis mendax.ſed ſcio eū quia ab ipſo ſū:⁊ ipſe me miſit[q].Querebant ergo eum apprehendere[r]:⁊ nemo miſit in illum manus[s]: quia nondum venerat hora eius[t].De turba aūt mlti crediderunt in euꝫ[v].

p Ego ſcio eum:quia inq̄ꝫtum deus filius habet eandem ſcientiam cum patre:⁊ ſic eum cōprehendit ſm etiam ꝙ homo cum clare videt a principio licet non comprehendat:⁊ cauſa huius notitie ſubditur:cum dicitur.
q Quia ab ipſo ſum ⁊ ipſe me miſit.per hoc eniꝫ ꝙ procedit a patre ī natura diuina habet ſcientiam primam que eſt ſcientia comprehenſionis:per hoc auteꝫ ꝙ miſſus in natura humana ad ſalutem mundi: habet in natura humana plenitudinem gratie ⁊ ſciētie que poteſt ī natura creata recipi.
r Querebāt ergo:Hic cōſequenter ponitur populi diuiſio:ſequēs ad reſponſioneꝫ chriſti:quia ea audita maligni exarſerūt in malicia:⁊ boni fuerunt in fide ſoli dati:⁊ hoc ē qd̄ dicitur. r Querebant ergo eum apprehendere:ad occidendum malignantes.
s Et nemo miſit in illum manus:quia nō poterant explere maliciam in effectu niſi q̄ꝫtum ꝑmittebat:ideo ſequitur. t Quia nondū venerat hora ei.9i.ab eo ordinata de captiōe ſua.
v De turba autem multi crediderunt in eum propter eius doctrinam ⁊ miracula.

Expoſitio moralis.

¶ Quarta die feſtiuitatiſ que erat media eo ꝙ ſeptem diebus durabat feſtum. Aſcendit ieſus in templum ⁊ docebat populum qui diebus preteritis intentus fuerat ſacrificijs ⁊ oblationib9 conſuetis:⁊ per hoc docuit predicatores euangelij vt ſm ſapientis verba.Tempus tacendi cōſiderent ⁊ tempus loquendi:

Queſtio fratris Antonij betōtini.Quid me queritis interficere.Joannis.vij.capitulo.

¶ Ex quibus verbis queritur.Quotuplex eſt: vel poteſt eſſe homicidium.Ad quod ex epiſtola Clementis reſpondetur:que de penitent.di.prima.cap homicidiorꝫ:notatur:vbi dicitur: Homicidiorum vero tria genera eſſe dicebat

beatus petrus ⁊ penam eorum parilem fore dicebat. ſicut enim homicidas interfectores fratrum: ita ⁊ detractores eorum eoſqꝫ audientes: homicidas eſſe manifeſtabat: q2 ⁊ qui occidit ⁊ qui odit fratrem ſuu.: ⁊ qui ei detrahit pariter homicide eſſe demonſtranf. Ex his verbis clare comprehẽditur: ꝙ homicidiorũ aliud eſt operis: qđ interfectores hominuꝫ operantur: Aliud oris ⁊ aliđ cordis ⁊ de quolibet iſtorum in preſentiarum minime dicẽdum eſſe cõſtituo: ſed tm̃ de homicidio operis ꝓpter concordiaꝫ lectionis euangelice in q̃ ꝯtinet ꝙ iudei querebãt interficere xp̄m vñ dicebat eis quid me queritis interficere.

Feria.iiij.poſt quartaꝫ dñicam quage. Euãgeliũ ſm Joãnem.ix. ca.

In illo tempore preteriẽs ieſus[a] vidit hominem cecuꝫ a natiuitate[b]. Et interrogauerũt eũ diſcipuli ei⁹ Rabbi quis peccauit[c]: hic aut parentes eius. vt cecus naſceref? Reſpõdit ieſus[d]. Neqꝫ hic peccauit neqꝫ parenteſ eius[e]: ſed vt manifeſtentur opa dei in illo[f]. Me oportet operari[g] opera eius qui miſit me[h] donec dies ẽ[i]. Venit nox quando nemo põt opari[k]. Quam diu in mundo ſum[l]: lux ſum mũdi.

Expoſitio litteralis.

Preteriens ieſus: poſtq̃ꝫ xp̄s oſtendit ſe habere virtutẽ illuminatiuam verbo. Hic conſequẽter hoc oſtẽdit ſenſibili ſigno: ⁊ diuidif in tres: q2 p̄mo ponitur quedam miraculi p̄facio: ſecundo miraculi opatio: ibi: ⁊ cum hec dixiſſet. Tertio miraculi facti examinatio: ibi: Jtaqꝫ vicini. Precedẽtia miraculum ſunt duo. Scđm ponitur: ibi reſpondit ieſus. Primum quod fuit p̄cedẽs ip̄m miraculum et eius occaſio fuit diſcipuloꝝ interrogatio de ceco nato: ⁊ hoc eſt quod dicitur.

a Et p̄teriens ieſus: in exitu templi de quo dictum eſt: in fine precedentis capituli.

b Vidit hominez cecum a natiuitate: quia ibi ſedebat mendicans elemoſynam ab ingrediẽtibus templum ⁊ diligenter intuitus eſt eum ieſus: vt dicit Criſoſto. quaſi vellet aliquid agere circa eum: ⁊ ideo diſcipuli moti ſunt ad querendum de cauſa cecitatis eius dicentes.

c Rabbi quis peccauit: Ex hoc enim ꝙ ſupra dominus ſanando languidum dixerat: Jaꝫ noli amplius peccare ne deterius tibi contingat oſtendens ꝙ peccatum fuerat cauſa illius langoris: vt ibi dictum fuit: ideo apoſtoli cum ſimiliter crediderunt de iſto ceco nato: qđ peccatũ ipſius vel parẽtum eẽt cauſa huius cecitatis.

d Reſpondit ieſus. hic ponitur ſecundum p̄ambulum ad miraculum. ſ. chriſti reſponſio: ex qua oſtendit ꝙ cecitas contingit: vt virtus diuina in eius ſanatione declararetur: ⁊ hoc ẽ qđ dicitur.

e Neqꝫ hic peccauit: neqꝫ parentes eius vt cec⁹ naſceretur. Non negat ſimpl'r ipſum peccaſſe vel parẽtes eius. ſed ſoluꝫ illud de quo interrogatur: quaſi dicat: nec peccato ꝓprio cecus natus eſt: quia ante natiuitatẽ peccare nõ potuit: in quo apparet queſtio: apoſtolorum ridiculoſa q̃ꝫtum ad hanc partem: nec mirum: quia adhuc rudes erant ante receptionem ſancti ſpiritus: neqꝫ peccato parentum contigit. lꝫ eniꝫ parentes pro peccatis ſuis: aliquando puniantur in filijs monſtruoſis inquantum talia monſtra ex diuina iuſtitia naſcuntur: tamen frequenti⁹ fit ſine peccato ſcilicet propter indiſpoſitioneꝫ materie vel debilitate virtutis que eſt in ſemine: verumtamen q̃ꝫuis talia ſint a caſu reſpectu nature create: ſunt tamen ordinata reſpectu diuine prouidentie: ⁊ aliquando ordinantur ad declarationem diuine virtutis in operibus miraculoſis ⁊ ſic erat de iſto: iõ ſeqf.

f Sꝫ vt manifeſtenf opa dei in illo: in ei⁹ mirabili illuminatiõe vñ ſubdif.

g Me opꝫ opari. Jſtud nõ ip̄ortat coactionẽ volũtati in xp̄o ſꝫ imobilitatẽ ei⁹ a diuina ordinatiõe.

h Opa ei⁹ q miſit me. ſ. p̄ris: ꝗ dixit q2 miracla ip̄a fiebãt v̄tute diuina: ⁊ hũanitas xp̄i opabaf inſtr̄alr.

i Donec dies ẽ i. q̃ꝫdiu ſũ p̄n̄tialr ſup terrã i hũanitate aſſũpta: ſic. n. p̄n̄tia ſolis ſup terrã fac̃ diẽ: ſic p̄n̄tia xp̄i q eſt ſol iuſtitie in hũanitate aſſũpta fecit q̃ꝫdam diẽ gr̃e ſpũalẽ: q̃ dies durauit a xp̄i natiuitate vſqꝫ ad ei⁹ aſcẽſionẽ. lꝫ poſtea ꝑmãſerit nobiſcũ ſacr̄alr vſqꝫ ad mũdi finẽ: ⁊ tũc.

k Venit nox qñ nẽo p̄t opari: q2 p⁹ iudiciũ null⁹ poterit mẽri. vl' a cl'pa ad gr̃aꝫ reuerti.

l Quãdiu ſũ i mũdo lux ſũ mũdi: ip̄ꝫ doctrina ⁊ miraclis illuſtrãdo

Hec cum dixiſſet[a]: expuit in terraꝫ ⁊ fecit lutuꝫ ex ſputo[b]: ⁊ liniuit lutū ſuper oculoſ eius[c] ⁊ dixit ei. Uade ⁊ lauare in natatoria ſyloe[d] qđ itepꝛetatur miſſus[e] Abijt ergo[f]: ⁊ lauit et venit videns[g]: Itaqꝫ vicini[h] ⁊ qui viderant eū prius qꝛ mendicꝰ erat: dicebant: Nonne hic ē qui ſedebat ⁊ mendicabat[i]? Alij dicebāt quia hic eſt. Alij aūt[k] neq̄q̄ꝫ[l] Sed ſimilis eius eſt[m]. Ille vō dicebat qꝛ ego ſum[n]. Dicebāt ergo ei. Quomodo aperti ſūt tibi oculi? Rñdit: Ille homo qui dicit ieſus[o] lutuꝫ fecit: ⁊ vnxit oculos meos[p] ⁊ dixit mihi Uade ad natatoria ſyloe: ⁊ laua. Et abij: ⁊ laui: ⁊ vidi. Dixerunt ergo ei. Ubi eſt ille[q]. Ait neſcio. Adducūt[r] eum

a Hec cum dixiſſet. Hic conſequenter ponit miraculi operatio: in qua duo exprimunt que in miraculis diuinis requirunt. ſ. dei potentia operans ⁊ ſanati fides: ⁊ obedientia diſponēs ⁊ hoc eſt qđ dicit. a Hec cū dixiſſet expuit i terram. ſaliua eni fluit a capite: ⁊ iō ꝑ hāc expuitiōem oſtendit ꝙ virtus ſanatiua quodam modo erat ab eiꝰ humanitate iquā tum eſt organum diuinitatis: ꝓpter hoc dicitur Luč. vj. cap. Uirtus de illo exibat et ſanabat omnes. b Et fecit lutum ex ſputo. vt oſtēderet ſe eſſe illuꝫ qui formauit primum hominē de limo. c Et liniuit ſuper oculos eius. inter corpora animalium: nobiliꝰ eſt corpus humanū: ⁊ in corpore humano caput eſt pars nobilior: ⁊ in capite oculus: ⁊ ideo ex formatione partis nobilioris reperte in corporalibus oſtendit xp̄s ſe eē formatorē corpis. d Et dixit ei. Uade ⁊ lauare ī natatoria ſyloe. hoc dixit vt cecus tranſeundo ſic per ciuitateꝫ linitus luto a multis videretur: ⁊ ꝑ ꝯſequēs miraculum magis diuulgaretur ⁊ confirmaret. e Qđ interpretatur miſſus. hoc addit euāgeliſta volens interpretari nomen hebraicuꝫ ad deſignandum myſterium xp̄i miſſi ad ſaluteꝫ hominum. f Abijt ergo. in quo patet fides ceci. g Et lauit ⁊ venit videns. non virtute luti: alioqn vidiſſet ſtatim cum impoſitum fuiſſet: ⁊ iterum hoc patet: quia nō vidit donec lutum amotum fuerit: nec virtute aque: quia homines ibi frequenter ſe lauabant: ⁊ idem cecꝰ alias de illa ſe lauerat: quia cōmunis erat: et tm̄ virtutem illuminatiuam nullus ibi expertꝰ fuerat: ⁊ ſic patet ꝙ illuminatio illa diuina virtute facta eſt. h Itaqꝫ vicini. Hic ꝯſequēter ponitur miraculi facti examinatio. Et primo a turbis. Scđo a phariſeis: ibi. adducunt autem In prima examinatione fit inquiſitio de tribꝰ primo de ipſo illuminato vtrum eſſet ille qui prius dicebatur cecus natus: ⁊ hoc eſt qđ dicit. h Itaqꝫ vicini ⁊ qui viderant eum prius frequenter. cuius cauſa ſubditur: qꝛ mendicꝰ erat ⁊ ſic ſuam cecitateꝫ frequenter eis expoſuerat elemoſinā petēdo. i Dicebāt nonne hic ē q ſedebat ⁊ mendicabat: q̄ſi dicat ſic pro certo: qꝛ dictū eorum erat firmū propter experientiam frequenter. k Alij autem: volētes impugnare facta xp̄i dicebāt. l Nequaq̄ꝫ. ſuple eſt ille cecꝰ natus. m Sed ſimilis eius eſt: ex viſu eni fit hō maxime cognoſcibil ⁊ iō reſtitutio viſus ita mutauerat vultuꝫ eius quod vix poterat recognoſci niſi a valde expertis quales erant vicini qui frequenter eum viderāt. n Ille vō dicebat quia ego ſum. ⁊ in hoc excludit alioꝝ dubium ⁊ ſicut gratus cognoſcit diuinum beneficiū: ſed ꝯſequenter querunt de modo illuminationis dicētes quomodo aperti ſunt tibi oculi? o Rñdit ille homo q dicit Jeſus: lꝫ eni ipſum alias non vidiſſet cuꝫ eſſet cecus: tm̄ frequēter audierat nomen eius ⁊ ꝑ vocē ipſuꝫ cognoſcebat. p Lutum fecit ⁊ vnxit oculos meos. aſſerit tm̄ illud qđ fiebat. ſenſerat eni lutum poſitum ſuꝑ oculos ſuos ꝑ tactū: ⁊ cum eēt in loco ſicco in quo non erat lutū ꝑ hoc ſciuit ꝙ xp̄s illud lutū fecerat: ſed vtrū feciſſet cū ſputo vel aqua hoc non cognouit: ⁊ ideo repetendo non dicit lutum ex ſputo ſed tm̄ fecit lutum ⁊c̄. Queſito de modo illuminationis queritur tertio de ipſo illuminante dicētes. q Ubi ē ille? Ait neſcio. qꝛ anteq̄ꝫ eſſet reuerſus de natatorijs ſyloe videns Jeſus a loco illo declinauerat. r Adducunt poſita examinatione miraculi coram turbis. Hic conſequenter ponit examinatio eius coram phariſeis: ⁊ diuiditur in duas: q: ꝑmo examinant miraculum. Scđo inducunt illuminatum ad veritatem neganduꝫ ibi. Uocauerunt rurſum. Prima in duas: quia

ad phariſeos q cecꝰ fuerat[a]. Erat aũt ſabbatũ[b] quando lutum fecit ieſus et apuit oculos eiꝰ Iteruȝ ergo interrogabant eum phariſei: quomodo vidiſſet[c]. Ille autem dixit eis[d]. Lutum poſuit mihi ſuper oculos: ⁊ laui: ⁊ video. Dicebant ergo ex phariſeis quidam[e]. Non ẽ hic homo a deo[f]: qui ſabbatum non cuſtodit. Alij autem[g] dicebant. Quomodo poteſt homo peccator: hec ſigna facere[h]. Et ſciſma erat iter eos[i] Dicũt ergo ceco iterũ. Tu qd dicis de eo qui aperuit oculos tuos[k]? Ille autez dixit quia ꝓpheta eſt[l]. Nõ crediderũt[m] ergo iudei de illo quia cecus fuiſſet: ⁊ vidiſſȝ: donec vocauerũt parentes eius qui viderat ⁊ interrogauerunt eos dicentes. Hic eſt filius veſter[n]: quem vos

quia primo ponitur illuminati interrogatio. Secundo ex hoc audientium diuerſa opinio: ibi: Dicebant ergo. In pͥma ergo parte dicitur ſic. a Adducunt autem ad phariſeos qui cecus fuerat: h̄ fecerũt malignãtes ꝯ ipm̄ volẽtes oſ̄dere ꝙ feciſſȝ ꝯ legẽ: ꝓpter quod ſubdit euãgeliſta. b Erat autẽ ſabbatum ⁊c̄. Phariſei.n. arguebãt eũ d̾ violatiõe ſabbati c Iterum interrogabant euȝ phariſei quomodo vidiſſet. Sciendum ꝙ interrogauerũt eum ordinate de tribus predictis ĩ pͥma examinatione: ſed euangeliſta breuiter hoc repetit. d Ille autẽ dixit ⁊c̄. Reſpondendo ſicut pͥus. e Dicebant. hic ponitur diuerſitas opinionũ ſequentium ex eius reſponſione: quia quidam ex phariſeis arguebant chriſtum de violatione ſabbati in hoc facto dicentes. f Non eſt hic homo a deo: qui ſabbatum non cuſtodit ipſi falſum dicebant: quia opera corporalia ad dei magnificentiam ordinata licite fiebant in ſabbato ſicut dictum eſt ſupra.v.cap. g Alij autem. econuerſo volentes factuȝ chriſti excuſare ⁊ magnificare. h Dicebant. quomodo poteſt homo peccator hec ſigna facere: q̄ſi dicat nullo modo. Sed contrarium videtur. Math.vij.capitulo. Ubi dicitur de malis hominibus. Domine nonne in nomine tuo demonia eiecimus ⁊ virtutes multas fecimus: ſequitur. non cognoui vos. Diſcedite a me operarij iniquitatis ⁊c̄. Dicendum ꝙ miraculum eſt opus excedens omnem virtutem creatam: ⁊ per conſequens fit a ſolo deo: talia autem fiunt ab ipſo ad teſtificandum aliquid: quod eſt ſupra humanam cognitioneȝ ⁊ hoc ẽ dupliciter. Uno modo ad teſtificanduȝ veritatem alicuius doctrine exiſtẽtis ſuper facultatem intellectus noſtri: ⁊ tunc oportet ꝙ illa doctrina ſit vera: cum deus non ſit teſtis falſitatis: tamen non oportet ꝙ ille qui docet doctrinam illam ſit bonus: quia miraculuȝ illud non fit ad teſtificandum eius bonitatem: ſed doctrine veritatẽ: et hoc modo aliquãdo per malos homĩes predicantes fidem catholicam facta ſũt miracula ad confirmationeȝ fidei catholice: ⁊ ſic intelligitur illud verbum Math. preallegatum. Alio modo fiunt miracula ad teſtificandum de bonitate ipſius docentis: ⁊ tunc oportet ꝙ bonitas ſit in illo: aliter deus eſſet teſtis falſitatis: ⁊ h̄ modo fiebant miracula chriſti ſicut dictum fuit ſupra. quinto capitulo. Opera que ego facio teſtimonium perhibent de me. Et hoc modo iſti loquebantur dicentes: quomodo poteſt homo peccator ⁊c̄. i Et ſciſma erat inter eos propter quod requiritur ſententia illius illuminati cum dicitur. k Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos: Illud queſitum non fuit ab illis qui impugnabant facta chriſti. quia probabile erat ꝙ reſponderet pro ſuo illuminatore: ſed ab alijs: et ſubditur eius reſponſio cum dicitur. l Ille autem dixit quia propheta eſt: non eſt intelligendum ꝙ confiteretur eum eſſe ꝓphetam communiter dictum. ſicut fuit Iſaias vel hyeremias: ſed prophetam antonomatice dictum qui erat promiſſus ad ſalutem hominum ſm̄ quod dicitur. Deutero.xviij.cap. Prophetã ſuſcitabit vobis deus ⁊c̄. ſic ꝯfeſſus ẽ ipſum eẽ verũ xpm̄. m Nõ crediderũt. h̄ ponit̄ inqſitio miraculi p parẽtes ceci ⁊ h̄ ex dĩna ordinatiõe factũ ẽ ad maiorẽ fidei ⁊ miracli d̾claratione: Interrogauerũt ḡ parẽtes de tribꝰ pͥmo de pſona filij cum di. n Hic ẽ filius veſter: itel/

dicitis: quia cecus natus eſt[a]. Quomodo ergo nunc videt? Reſpóderunt ei parentes eiꝰ: ⁊ dixerunt. Scimus q́a hic eſt filius noſter: et quia cecus natus eſt[b]. Quomodo autem nūc videat neſcimus: aut quis eius aperuit oculos: nos neſcimus. Ipſum interrogate: etatē habet[c]. Ip̄e de ſe loquatur[d]. Hec dixerunt parentes eius[e]: quia timebant iudeos. Iam eniȝ conſpirauerant iudei[f]. vt ſi quis eum confiteretur eſſe chriſtū: extra ſinagogam fieret. Propterea parētes eius dixerunt: quia etatē habet ipſum interrogate.

Vocauerunt[g] ergo rurſum hominem qui fuerat cecus: ⁊ dixerunt ei Da gloriam deo. Nos ſcimꝰ[h]: quia hic homo peccator ē. Dixit ergo eis ille. Si peccator eſt[i] neſcio. Unum ſcio[k]: q́a cum eſſeȝ cecus modo video. Dixerunt ergo illi. quid fecit tibi: quomodo aperuit tibi oculos. Reſpondit eis. Dixi vobis iam ⁊ audiſtis Quid iterum vultis audire? Nunquid ⁊ vos vultis diſcipli eius fieri? Maledixerūt ergo ei[l]: ⁊ dixerūt[m]. Tu diſcipulus illius ſis: nos autem moyſi diſcipuli ſumus[n]. Nos ſcimus q́a moyſi loquutꝰ eſt deus[o].

ligitur interrogatiue. Scd̄o de modo naſcēdi:
cū ſubdiſ. a Quē vos dicitis: qꝛ natus eſt ce/
cus. i. fingitis qͥ̄uis forte nō ſit ita: Hec dicebāt
vt inducerēt eos ad negandū: qꝛ parētes ſolēt
occultare monſtruoſitatē filioꝝ quam trahūt a
natiuitate: qꝛ talis
mōſtruoſitas ma/
gis ꝯuertiſ in ꝯfu
ſionem parentum
q̄ȝ ſi poſt natiuita/
tē eēt ꝯtracta per
pueri ꝯfectū. Ter/
tio ſi natus ſit ce/
cus: querūt de mo
do vidēdi dicētes
quomodo ḡ nunc
videt: ſubditur pa
rentū reſponſio: ⁊
de duobꝰ p̄mis re
ſponderūt aſſerti
ue dicētes.
b Scimus qꝛ h̄
eſt filiꝰ noſter ⁊ qꝛ
cecus natꝰ eſt: ma/
gis volunt ꝯfiteri
turpitudinē ſuam
q̄ȝ dicere falſitatē
De tertio autē re/
mittunt ad filium
nō audētes verita
tē dicere: ⁊ cā iſra
poniſ: ⁊ hoc ē qd̄
dꝛ. c Ip̄m inter
rogate. etatē hȝ: q̄
ſi dicāt meliꝰ pōt veritateȝ dicere. d Ip̄e de
ſe loquaſ. i. in cauſa ſua vt dictū ſuū nobis nō im
puteur: cuius cām ſubdit euāgeliſta.
e Hec dixerūt parētes eius: qm̄ timebant iu/
deos qꝛ erāt p̄ncipales in pplo. f Iam eniȝ
⁊c. extra ſinagogā fieri. i. extra ſocietatē iudeo/
rum tanq̄ȝ excōicatus ⁊ reprobatuſ qd̄ apud iu
deos erat maximum opprobrium.
g Vocauerūt. Hic induciſ illuminatus ad ne
gandū facti veritatē. Et diuidiſ in tres: qꝛ p̄mo
poniſ dicta inductio. Scd̄a iniuſta ꝯdēnatio:
ibi: maledixerūt. Tertio eiꝰ a xp̄o receptio: ibi:
audiuit. Circa p̄mum ſciendū ꝙ phariſei vidē/
tes ꝙ factū negari nō poterat: ideo voluerunt
decipere ip̄m illuminatū ⁊ hoc eſt quod diciſ.
g Vocauerūt ergo ⁊c. Da gl'iam deo. i. cōfite/
re veritatē. volebāt. n. eum īducere ad dicēduȝ
ꝙ illuminatus fuiſſet magica arte: ideo ſubdiſ.
h Nos ſcimus qꝛ hic homo peccator eſt: qua/
ſi dicat diuina virtute nō fecit: ⁊ ſubdiſ ipſiꝰ illu
minati ꝯſtantia: qꝛ inter aduerſarios exiſtens
fortius q̄ȝ ante ve
ritatem ꝯfiteſ di/
cens. i Si pec/
cator eſt neſcio: h̄
nō dicit dubitans
de xp̄i ſanctitate:
ſed irridēdo eoꝝ
maliciaȝ: quaſi di/
cat vos dicitis: qꝛ
ſcitis eum eē pec/
catorē: ⁊ ego nō di
co hoc: imo ꝯ̄rium
qd̄ p̄bat ꝯſequēter
per factum.
k Unū ſcio. qꝛ cū
cecus eēm mō vi/
deo: Et ex hoc ma
nifeſte arguit eiuſ
ſanctitateȝ qꝛ tale
factū excedit oīno
facultatē totius na
ture create: ⁊ ꝑ cō
ſequēs nō ſit a ma
gica arte: ſȝ a deo
ſolo qui non facit
aliq̄d ad teſtimo/
niuȝ bonitatis ali
cuius niſi in veri/
tate ſit ſanctus ce/
tera patent. l Maledixerunt. hic ponitur
eius iniuſta condemnatio cum dicitur.
l Maledixerunt ei: ſ̄m ſuam reputationem
tamen ſ̄m veritatem erat magis benedictio.
Unde Auguſtinus Utinā ſuper me veniat iſta
maledictio. m Et dixerunt. tu diſcipulus illi
us ſis. i. illius malefici: ⁊ tranſgreſſoris.
n Nos aūt moyſi diſcipuli ſumus hoc erat ve
rum tantūmodo noie. non autem re. qꝛ veri di
ſcipuli moyſi ſunt: q eius opera imitātur: ⁊ eiꝰ
ſcripturas pie interpretantur. Iſti autem fa/
ciebant contrarium propter quod ſaluator di/
xit eis. v. cap. Si crederetis moyſi crederetis
forſitan ⁊ mihi. o Nos ſcimus quia moyſi
loqutus eſt deus: in hoc verum dicunt: quia h̄
expreſſe in ſacraſcriptura continetur.

Hunc aūt neſcimus vnde ſit[a]. Reſpōdit ille homo ⁊ dixit eis. In hoc eniʒ mirabile eſt[b]: quia vos neſcitis vnde ſit: ⁊ aperuit oculos meos. Scimus autēʒ qḋ peccatores deus nō audit[c] ſʒ ſi quis dei cultor eſt[d] ⁊ voluntatem eiꝰ facit[e]: hunc exaudit[f]. A ſeculo non eſt auditum[g]: qꝛ aperuit quis oculos ceci nati. niſi eſſet hic a deo[h]: non poterat facere quicq̄ʒ[i]. Reſponderunt ⁊ dixerunt ei: In peccatis natꝰ es totus[k] ⁊ tu doces nos[l]? Et eiecerunt eum foras[m]. Audiuit ieſus[n] qꝛ eiecerunt eum foras: ⁊ cum inueniſſet euʒ[o] dixit ei[p] Tu credis in filiū dei? Reſpondit ille ⁊ dixit. Quis ē domine vt credam in eum[q]? Et dixit ei ieſus[r]. Et vidiſti euʒ ⁊ qui loquitur tecū ipe ē[s]. At ille ait. Credo domine[t]. Et procidēs adorauit eum[v].

a Hunc aūt neſcimus vnde ſit.i.nulliꝰ auctoritatis ip̄m reputamus nec a deo miſſum: non enim ſimpliciter loquēdo neſciebāt vnde eſſet qꝛ patriā ⁊ genus eiꝰ cognoſcebāt. vnde ſupra dictū eſt.vij.cap̄.hunc ſcimus vnde ſit.ſʒ iſte illuminatus eorum maliciam ⁊ falſitatem ꝯfutat dicēs. b In hoc eni mirabile eſt ⁊c̄. Iſta eniʒ mirabilia dicuntur que ſunt incōſueta. Conſuetū aūt erat iudeis ſigna q̄rere. vt habetur p̄me Corin. primo cap̄. Iudei enim ſigna petunt ⁊ manifeſti ſignis credere: ſicut pʒ ḋ moyſe faciente ſigna coraʒ populo ꝓpt̄ qḋ ei crediderūt. vt habet̄ exo. iiij.cap̄. Et ideo icōſuetuʒ erat ⁊ mirabile ꝙ non credebāt xp̄o faciēte ſignū magnū in illuminatione huius ceci: qꝛ nec moyſes vel alius ꝓpheta ſimile fecerat. ideo ſubditur. c Scimus quia peccatores deus nō audit: faciēdo miracula ad teſtimonium bonitatis eoꝝ vt pʒ ex predictis. d Sed ſi qs dei cultor eſt p̱ actum latrie debitum. e Et volūtatem eius facit .p̱ impletionem mandatoꝝ. f Hūc exaudit faciēdo miracula ad declarationem ſue bonitatis. g A ſeculo non eſt auditū: qꝛ qs aperuit oculos ceci nati. hoc enim nō inuenitur in tota ſerie veteris teſtamēti: ⁊ ideo ꝯcludit ꝓpoſitum. h Niſi eſſet hic: a deo ſpecialiter miſſus. i Nō poterat facere quicq̄ʒ: de talibus facultatem nature excedentibus: ⁊ qꝛ mali hoīes ⁊ obſtinati nō recipiūt ꝑſuaſionem: ideo ex veritate oſtenſa reddunt ei vituperationeʒ dicentes. k In peccatis natus es totus.ſ.in anima ⁊ corpore vt pʒ in cecitate. l Et tu doces nos: q̄ſi dicat nō decet: ſʒ hoc ē falſum: qꝛ veritas a quocunq̄ʒ dicat̄ recipiēda eſt. m Et eiecerūt eū foras.i.a ſocietate alioꝝ hominū excōicauerūt. n Audiuit ieſus. Hic ponit̄ eiecti receptio: ⁊ diuiditur in duas: qꝛ p̄mo ponitur eiꝰ in fide inſtructio. Scḋo fidei ſue cōmēdatio ibi: Dixit ieſus: in p̄ma ergo parte dicitur ſic. n Audiuit ieſus qꝛ eiecerūt eum foras: lʒ oīa nouerit anteq̄ʒ fierent: tñ hec audiuit auditu corporali. o Et cū inueniſſet eum: non a caſu factum ē: ſʒ ex ſua volūtate ⁊ ordinatione. p Dixit ei: credis in filiū dei i.paratꝰ es credere in filiū dei qui apuit tibi oculos: et ille ſicut valde paratꝰ: ad hoc reſpondet. q Quis eſt dn̄e vt credam in eū.nō.n.cognoſcebat ieſum in facie: qꝛ illū alias n̄ viderat vt ſup̄ dictū ē: ſʒ eū deſiderabat videre: ⁊ iō dignum erat vt ei veritas reuelaret̄ ideo ſequitur. r Et dixit ei ih̄s. ⁊ vidiſti eū: nūc in preſenti. s Et q loq̄tur tecū ipe ē. ⁊ ſtatim ipe credidit ⁊ fidē ſuā ore ꝯfeſſus ē dicēs. t Credo dn̄e: ⁊ ope. v Et ꝓcidens adorauit eum adoratiōe latrie credens eum deum ⁊ hominem.

Expoſitio moralis.

Et p̄teriēs ieſus vidit hoīem cecū a natiuitate. Miſtice cecus naſcit̄ oīs habēs peccatū originale: qꝛ p̄uatus ē dei viſione: Hanc tñ p̄uationē nō facit eiꝰ actuale peccatū: qḋ adhuc nō hʒ. nec ēt parētū ſuoꝝ imediatoꝝ. iō ſubdit̄. Neq̄ʒ h̄ peccauit neq̄ʒ parētes eiꝰ vt cecus naſceret̄: ſʒ vt manifeſtent̄ op̄a dei in illo: ſic.n.p̱miſſus ē naſci iſte cecꝰ vt illuminaret̄ xp̄i miraculo: ⁊ ſic̄ emūdatio peccati originalis ē opꝰ diuine v̄tuti Cuiꝰ modus ſignificat̄ cū dr̄ ⁊ fec lutū ex ſputo: ⁊c̄.p̱ qḋ ſignificatur cathecismꝰ p̄cedens baptiſmū de quo ſubdit̄ vade ⁊ lauare in natatoria ſyloe.i.xp̄i miſſi a p̄re p̱ ſalute mūdi. Abijt ḡ ⁊ venit vidēs per illuminationem fidei datam virtute baptiſmi. Ille autem dicebat quia ego ſum per hoc oſtendēs ꝙ quilibet tenetur recognoſcere gratāter ⁊ conſtanter b̄n̄ficium diuinum.

Adducunt eum ad phariſeos: qui interpretantur diuiſi: propter quod per ipſos heretici ſignificantur qui ſunt ab eccleſia diuiſi: quorum aliqui cerimonias legis obſeruant ſcilicet Nazarei ⁊ iſti ſignificantur per illos qui dicebant de chriſto: Non ē hic homo a deo: q ſabbatum non cuſtodit. Alij vero dicunt hominem naſci ſine originali peccato. ſcilicet Pellagiani: ⁊ iſti ſignificantur per illos: de quib⁹ ſubditur. Non crediderūt ergo iudei de illo ꝙ cecus eſſet: ideſt natus in originali peccato: per parentes autē ceci qui de modo ſue illuminationis non reſponderunt timore ducti ſignificantur fideles infirmi: qui tempore perſecutionis fidem non audent confiteri: per cecum vero confidenter veritatem confitentem ſignificantur in fide firmi conſtanter veritatem fidei confitentes: Et eiecerunt eum foras: ſed chriſtus ſuſcepit eum benigne: ⁊ per hoc ſignificatur ꝙ abiecti de ſocietate malorūʒ propter chriſtum ab eo recipiuntur gratioſe ſicut dicit Mattheus qnto capitulo. Beati eſtis cum maledixerint vobis ⁊c. ⁊ eiecerint nomen veſtrum tanqʒ malum ꝓpter nomen meū ⁊c.

Queſtio fratris Antonij betontini. Maledixerunt ei ⁊ dixerūt tu diſcipulus illius ſis: nos autem Moyſi diſcipuli ſumus. Joan. ix. caplo. ¶ Super quibus verbis mouetur queſtio que talis eſt. Utrum ip̄a blaſphemia ſit maximum peccatorum Et certe ſm mentem doctoris irrefragabilis Alexandri in ſecūdo volumine. Seraphiciqʒ beati bonauen. ſuper diſt. xliij. ſecundi libri magiſtri ſententiarum atqʒ Aſtexani libro ſecundo titulo. lx. Blaſphemia omnia in grauitate ⁊ nequitia peccata precellit: cum ⁊ infidelitas ſit radix tante malitie: ad quam infidelitatem ip̄a blaſphemia pertinet: Quantū enim putandum eſt ꝙ offendant qui contra cognitā veritatem voluntate peruerſa blaſphemant ꝑfecto apoſtolus ad heb. x. cap. d. voluntarie eni peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis: iam non relinquitur hoſtia: pro peccatis terribilis autem quedaʒ expectatio iudicij ⁊ ignis emulatio que conſumptura eſt aduerſarios: ⁊ infra. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia: qui filium dei conculcauerit ⁊ ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit: in quo ſanctificatus ē: ⁊ ſpiritui gratie contumeliam fecerit. Sic et hi maledicti iudei fecerūt: qui ceco iam ⁊ poſtmodū illuminato credēti maledicebāt ⁊ potius Moyſi: qui quāꝗ̄ ſanct⁹ pura ⁊ ſimplex erat creatura quem chriſto creatori virtutem ⁊ doctrinam ſanctam tribuebant. Jccirco blaſphemantes maledixerunt ei ſcilicet ceco ⁊ dixerūt Tu diſcipulus illius ſis: Nos autem diſcipuli Moyſi ſumus.

Feria quīta poſt quartam dñicam. xl. Euāgelium ſm Lucaʒ. vij. ca.

In illo tempore: Jbat ieſus in ciuitatē q̄ vocat̄ naym[a] ⁊ ibant cum illo diſcipuli eius[b]: ⁊ turba copioſa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur[c] filius vnicus matris ſue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cum illa. Quaʒ cum vidiſſet dominus: miſericordia motus ſuper eam[d] dixit illi. Noli flere[e]. Et acceſſit et tetigit loculum[f].

Expoſitio litteralis.

In hac lectione euangeliſta lucas oſtendit per ſignum ſenſibile confirmationem inſtructionis chriſti per ſuſcitationem filij vnici vidue. dicit ergo.

a Jbat ieſus in ciuitate que vocatur Naym: ciuitas parua eſt in galilea prope montem thabor. b Et ibant cum eo diſcipuli eius ⁊ turba copioſa: hoc factum eſt vt euidentius eēt miraculum coram multis factum.

c Ecce defunctus efferebatur ad ſepeliendūʒ Antiquitus loca ſepulture erant extra ciuitates: ne ex cadaueribus inficerentur habitatores ciuitatum. d Miſericordia motus ſuper eam: tum quia erat vidua: tum quia nō habebat alium filium a quo poſſet in ſenectute ſuſtentari. e Noli flere: quaſi dicat cito conſolata eris.

f Et acceſſit ⁊ tetigit loculum. ideſt pheretrū. Ad hoc enim tetigit vt oſtenderet corpus ſuuʒ diuinitati vnitum: erat inſtrumentum diuinitatis etiam in miraculis faciendis.

a Et cepit loq: vt manifeſte appareret q' erat vere ſuſcitatus: ⁊ non apparenter tm̄. Unde de ſimone mago legitur: q apparenter reſuſcitauit quendam mortuum: qui tamen loqui nõ poterat: per quod apparet illam reſurrectionem fuiſſe tm̄ apparenter. b Quia propheta magnus ſurrexit in nobis. i. ille magnus ꝓpheta de quo dicitur deutero. xviij. ca. prophetã ſuſcitabo eis d medio fratrum ſuorũ ⁊c. qd intelligitur d xpo in lege ⁊ ꝓphetis ꝓmiſſo: ⁊ ideo ſubditur. c Et quia deus viſitauit plebem ſuam: mittendo eis ſaluatorem.

Hi autẽ qui portabãt ſteterunt. Et ait adoleſcens: tibi dico ſurge. ⁊ reſedit qui erat mortuus. ⁊ cepit loqui[a]. Et dedit illum matri ſue. Accepit autem omnes timor: et magnificabant deum dicentes. Quia ꝓpheta magnus ſurrexit in nobis[b]: ⁊ q2 deus viſitauit plebẽ ſuam[c].

Expoſitio moralis.

Ecce defunctus efferebatur: per iſtũ defunctũ ſignificatur mortuus per mortale peccatũ: eius mater eſt eccleſia: portatores hui' funeris: ſũt facto vel verbo fouẽtes hoiem i peccatis. Porta per quam fertur mortuus eſt exterior ſenſus peccati manifeſtatiuus. Iſai. iij. cap. Peccatuz ſuum quaſi ſodoma predicauerunt nec abſconderunt: talis autem mortuus per peccatũ mortale ſuſcitat miſericorditer a deo p̄ p̄ces ecclie.

Queſtio fratris Antonij betontini. Ecce defunct' efferebat fili' vnicus mr̃is ſue. luce. vij. c. ¶ Ex iſtis verbis non deſino mirari q̃z plures eẽ quos puto egrotos hoc mortali' blaſphemie vicio: quia plures eius venenoſis poculis corrumpuntur cum in hoc ſcelere illud p̄s xiij. videatur impletum: Omnes declinauerũt ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum: nõ eſt vſq3 ad vnum. Quia ſepulchrum patens eſt guttur eorum linguis ſuis doloſe agebant: venenum aſpidum ſub labijs eorum. Quorum os maledictione ⁊ amaritudine plenum eſt. Ex q̄bus prophete verbis cuidã tacite queſtioni' reſponderi poteſt. Nam ⁊ doctores ⁊ patres querere ſolent. An omnis maledictio vel blaſphemia ſit mortale peccatum. Inter maledictionẽ enim ⁊ blaſphemiã ſm̄ quorũdam vulgaria: vt in Tuſcia nulla differentia eſt: ſicut etiã p̄ cap. Statuimus. extra de maledicis confirmat. Et ad hoc breuiter reſpondetur ex ſententia beati Tho. ſecũda ſecũde. q. lxxvj. Et doctoris nr̃i Bernardi qd non eſt dubitandum blaſphemiã vel maledictionem eſſe mortale peccatum ⁊ maximum omnium peccatorũ. Quis enim dubitat peccare mortaliter: illum. ſ. qui contra charitatem deo vel ꝓximo maledicit. Unde Pau. p̄me ad corin. vj. ca. dicit: Neq3 maledici neq3 rapaces regnum dei poſſidebũt. Et de blaſphemis ꝓprie ſm̄ vocabulum leuit. xxiiij. cap. ſcribitur. Qui blaſphemauerit nomẽ domini morte moriat: Neq3 mors danda eſt alicui: niſi ꝓ peccato mortali. Hoc euenire tamen quandoq3 cõtingit ex triplici ratione blaſphemiam vel maledictionem non eſſe ita graue vel mortale peccatum. Primo ratiõe paruitatis vt quando alteri qd modici' mali aliquis imprecatur. Secundo ratione leuitatis. quando. ſ. ex ludo talia verba ⁊ non ex malicia vel ex conſuetudine mala loquẽdi profert. Tertio ratione ſurreptionis vt quãdo. ſ. aliquis in non imaginata verba ꝓrumpit non conſiderans verborum ſignificationẽ: q2 peccata oris maxime ex affectu pẽſantur: vnde in cap. cum ex voluntate. extra de ſen. excõ. dicitur: voluntas ⁊ ꝓpoſitũ diſtinguũt maleficia. ⁊ doctor Ambroſius dulcis epiſtola paradiſi i libro de officijs ait. Iugum ſit verbis tuis ⁊ ſtatera atq3 menſura vt ſit grauitas in ſenſu: in ſermone pondus: atq3 in verbis modus. Primo dicit venenum aſpidum ſub labijs eorum. ⁊ deinceps adiungit. Quorum os maledictione et amaritudine plenum eſt: quia primo eſt mala intentio. Secundo eſt vel ſit praua locutio: Iuxta illud Ugonis libro ſecundo de anima. Uanus ſermo: vane conſcientie ẽ index: mores hominis lingua pandit: ⁊ qualis ſermo oſtẽditur talis animus approbatur: q2 ex abundãtia cordis os loquitur. Qua ex re adoleſcẽs iſte de quo euangelica lectio loquitur ꝑus in domo defunctus eſt: quia blaſphemus qui per ipſum ſignificatur prius in mente per malam cogitationẽ moritur: poſtea ad portam ciuitatis pro ſepultura effertur: quia poſt malam ⁊ venenoſam cogitationẽ blaſphemãdo ⁊ maledicẽdo ꝓloquit.

Sequitur feria. vj. Euangelium.

Feria.vj. poſt quartā dominicam.xl. Euāgelium ſcḋm Joānem.xj.c.

In illo tempore. Erat quidā languēs[a] lazarus[b] a bethania[c]: de caſtello marie ⁊ marthe ſororū eiꝰ[d] maria autem erat q̄ vnxit dominum vnguento[e]: ⁊ exterſit pedes eiꝰ capillis ſuis: cuius frater lazarus infirmabatur. miſerunt ergo[f] ſorores eius ad eum dicētes[g]. Domine ecce quē amas infirmatur. Audiens autē ieſus dixit eis[h]. Infirmitas hec nō eſt ad mortē ſed ꝓ gloria dei[i]: vt glorificetur filius dei per eam. Diligebat autē ieſus martham ⁊ ſororem eiꝰ mariam ⁊ lazarum[k]. Ut ergo audiuit q: īfirmabatur[l]. tūc q̄dē māſit ī eodē loco duobꝰ diebus[m]

## Expoſitio litteralis.

a Erat q̄dam languens: Hic euangeliſta oſtendit in xp̄o virtutem viuificatiuā ſenſibili ſigno in mortuo virtute eiꝰ reſuſcitato ⁊ diuiditur in tres: q: p̄mo deſcribit infirmitatē lazari incurabilem: Secundo eius mortē indubitabilē: ibi: vt ergo audiuit. Tertio eius ſuſcitationem mirabilē: ibi: ieſus aūt vt vidit. Prima ī duas: q: p̄mo eius infirmitas deſcribit. Secundo xp̄o nūciatur ibi: miſerūt ergo. In p̄ma parte dicit ſic. a Erat aūt q̄dā languēs: ex quo pꝫ incurabilitas īfirmitatis via nature infirmitas eni: curabilis nō dicitur ꝓprie languor. b Lazarus. ſ. nomē. c A bethania: nomen ē ville in q̄ erat īfirmꝰ. d De caſtello marie ⁊ marthe ſororū eius: q: in p̄dicta villa erat illud caſtrum in quo manebāt iſte domine cū lazaro eorū fratre. Et q: multe mulieres vocabant noīe marie: iō ad diſtinguēdum iſtā ab aliīs ſubdit. e Maria autē erat que vnxit dn̄m vnguento. Utrum aūt maria hec fuerit illa peccatrix de qua ſcribit luc. vij. que lauit pedes domini ⁊ vnxit vnguento. Sancti varie loquuntur. Hiero. aūt ⁊ Criſo. dicūt iſtā fuiſſe aliā vō illa dicitur peccatrix: hec ſancta ⁊ honeſta. Et ꝓpter hoc nomē illiuſ luce vij ca. tacet. Iſtius aūt nomē exprimit. Et tunc dicunt iſti ꝙ ambe mulieres fecerūt ſimile. Sꝫ illa fecit hoc ex peccatorū ſuorū cōpūctione. iſta aūt ex xp̄i deuotione. Greg. ⁊ Aug. de conſenſu euāgeliſtarū dicunt ꝯtrium. Dicit tn̄ Auguſtinꝰ ꝙ iſta maria vnxit bis dn̄m ex hoc loco, ſumēs argumētum: q: hic dr̄ ꝙ vnxit loquēdo de p̄terito: ⁊ ſequēti cap̄. ſimiliter dixit ꝙ vnxit caput domini. Dicit igitur ꝙ p̄ma vnctio fuit ex contritione quā lucas narrat diffuſe: ⁊ hic breuiter repetit. Secunda aūt fuit ex deuotione q̄ ſeq̄nti cap̄. deſcribit. Conſuetudo ēt eccleſie tenet ꝙ eadē mulier fuit de qua narrat lucas tacito eiꝰ noīe: ⁊ que hic dicitur ſoror lazari: nec mirū q: officium eccliaſticū a ſancto Gregorio ordinatum eſt q̄ fuit huius opinionis. f Miſerūt. hic conſequenter infirmitas lazari xp̄o nūciat ꝑ internūcium. et hoc eſt q̄d dicitur Miſerūt ergo ſorores curationē fratris deſiderantes. g Ad eum dicētes: Dn̄e ecce quē amas īfirmat non dicit veni: q: amanti ſufficit neceſſitatē nunciare amici. h Audiens aūt ieſus dixit eis. ſ. rn̄dēdo per nunciū. i Infirmitas hec nō ē ad mortē: nō ē ꝑ h̄ intelligendū ꝙ lazarus nō fuerit mortuus vt dixerūt aliqui q: h̄ eēt ꝯſtruere veritatē euāgelij. Cū īfra eodē cap̄. dicat ſaluator: lazarus mortuꝰ ē: ſꝫ ꝑ tāto dr̄: hec īfirmitas nō ē ad mortē q: nō tendebat ad mortē ibi ſiſtēdo: ſꝫ ꝓpter reſurrectionē ſequētē vt īde glorificaret deus ꝑ oſtēſionē ſue virtutis ⁊ in xp̄o declararet virtꝰ deitatis: iō ſeq̄tur: ſꝫ ꝓ glia dei vt glorificet filiꝰ dei ꝑ eam. k Diligebat aūt ieſus marthā: h̄ addit ad oſtendendū q̄re nō oportuit ꝙ martha ⁊ maria irēt ad ip̄m ꝑſonaliter: ſicut fecit regulus de q̄ ſup̄ dcm̄ ē. iiij. ca. Quia xp̄s erat familiaris lazaro ⁊ eiꝰ ſororibꝰ: ⁊ ibi freq̄nter hoſpitabat. l Ut ḡ audiuit. hic ꝯñter deſcribit mors lazari: ⁊ diuidit in duas: q: p̄mo deſcribit huiꝰ mortis expectatio. Scḋo expectate denūciatio: ibi: Deinde poſt hec. Circa p̄mū ſciēdū ꝙ xp̄s audita īfirmitate lazari nō ſtatī iuit ad eū ne a iudeis eiꝰ miracula īpugnātibꝰ: ⁊ virtute demonū ea īponētibus poſſet dici ꝙ illa īfirmitas ⁊ mors ſequēs fuiſſet tm̄ ſꝫ apparētiā ⁊ illuſionē factā a xp̄o ꝑ artē magicam ⁊ hoc eſt quod dr̄. l Ut ḡ audiuit q: īfirmabat tūc māſit in eodē loco trās iordanē. m Duobꝰ diebꝰ: expectādo mortē lazari ſic ꝙ eſſet q̄driduanꝰ anteq̄ꝫ illuc veniret ad maiorem miraculi certitudinem.

Deīde poſt hec[a] dixit diſcipulis ſuis[b]. Eamus i iudeam iterum. Dicūt ei diſcipuli[c]. Rabi nūc querebāt te iudei lapidare[d]: ꝛ iterum vadis illuc? Reſpondit ieſus[e] Nonne duodecim hore ſunt diei[f]? Si qs ambulauerit in die[g] nō offendit[h]: quia lucem huius mūdi videt[i]. Si autem ambulauerit in nocte[k] offendit[l]: qꝛ lux nō ē in eo[m]. Hec ait[n] ꝛ poſt hec dicit eis. Lazarus amicus noſter dormit[o] ſed vado vt a ſomno excitem eum[p]. Dixerūt ergo diſcipuli eius[q] domine ſi dormit: ſaluus erit Dixerat autem ieſus de morte eius[r]: illi aūt putauerūt qꝛ de dormitione ſomni diceret[s]. Tūc ergo[t] dixit eis ieſus manifeſte. Lazarus mortuus ē: ꝛ gaudeo[v] ꝓpter vos[x] vt credatis qm̄ nō eraʒ ibi. Sed eamus ad euʒ.

a Deinde poſt hec. hic conſequēter ponitur mortis lazari denunciatio: in qua denunciatione ſaluator ſic ꝓcedit: quia p̄mo ꝓpoſitum eundi in iudeam predicit. Secundo cauſam ſubiūgit: ibi hec ait. Tertio ad locum peruenit: ibi venit itaqꝫ ieſus. In prima ergo parte dicitur ſic. a Deinde poſt hec. ſ. expectationem morti lazari predictam. b Dicit diſcipulis ſuis. Eamus in iudeam iterū hoc autem ꝑdixit eis preter conſuetudinem: quia ſciebat eos inde terreri: vt minus iacula ſentirent q̄ ꝓuidenſ. c Dicunt ei diſcipuli: timentes in iudeam reuerti. d Rabi nūc querebant te iudei lapidare. hoc habitum eſt cap̄. ꝓcedenti: ꝛ tu iterum vadis illuc. quaſi dicat nō eſt tibi nec nobis ſecurum. e Reſpondit ieſus: aſſecurādo. f Nōne duodecim hore diei ſunt: quaſi dicat ſi voluntatem habebant tunc me lapidandi modo tamen non facient: qꝛ mutato tempore poteſt voluntas mutari. Erat enī ꝓuerbium apud iudeos ꝛ adhuc eſt apud nos ꝙ loquendo de mutatione prepoſiti dicitur. Duodecim hore ſunt diei. ꝛ ideo ſaluator vſus fuit tali modo loquendi: ꝛ oſtendit vlterius ꝙ deberent eſſe ſecuri dicens. g Si quis ambulat in die. i. ſancte ꝛ iuſte. vel aliter in die. i. mecum qui ſum lux mundi faciens diem diuine gratie. h Nō offendit. i. ſecurus debet eſſe. i Quia lucem huius mūdi videt. i. me ipſum qui poſſem eum ſaluare: vel aliter luceʒ i. iuſtitiam ad quam attendit. k Si autem ambulauerit in nocte. i. ſine ꝑſentia mea vel ſine iuſtitia. l Offendit. i. ſuſtinere debet penam offenſe debitā. m Quia lux non eſt in eo. i. iuſtitia vł ego q ſum lux quaſi dicat xp̄s q̄ʒ diu vobiſcuʒ ſum ꝑſentialiter nō debetis timere iudeos: qꝛ etiam in captione ſua ſuos ſaluagit diſcipulos dicens. Sinite hos abire vt habetur infra. xviij. cap̄ ſed poſt mortem meā periculum erit vobis inter iudeos ambulare.

n Hec ait: hic conſequenter exponit cauſam quare volebat ire in iudeam. ſ. ꝓpter lazari ſuſcitationeʒ. ꝛ diuiditur in duas: quia primo denunciat morteʒ lazari tamē occulte Secundo exp̄mit eam manifeſte ibi Tūc ergo ait. Circa primuʒ dicitur ſic. n Hec. q̄ immediate predicta ſūt. o Et poſt hec illis dixit lazarus amicus noſter dormit. mortem eius vocat dormitionē qꝛ cito erat ſurrecturus. p Sed vado vt a ſomno excitem euʒ: quia tam facile imo facilius ē xp̄o ſuſcitare mortuū q̄ʒ alteri dormientē: hāc cām ſui itineris dixit ad aſſecurādū diſcipulos: q̄ſi dicat nō debetis timē qꝛ nō vado ad diſputādū cū iudeis ſicut añ. ſʒ ad lazarū ſuſcitādū. q Dixerūt ḡ diſcipuli eiꝰ: dn̄e ſi dormit ſaluus erit. q̄ſi dicāt: ex q̊ dormit ſignū ē ſue curatiōis nō ē neceſſe ꝙ vadas illuc Nondū. n. erāt plene aſſecurati ꝑ v̄ba xp̄i: Nec mirū qꝛ adhuc erāt īfirmi ꝛ īperfecti. r Dixerat aūt ih̄s d̄ morte eiꝰ eā exp̄mēs ꝑ dormitōeʒ rōne ꝑdicta. s Illi āt putauerūt qꝛ d̄ dormitione ſomni dicēt. Sʒ videſ mirabile ꝙ intellexiſſent xp̄m velle ire tā longā viā ad excitāduʒ hoīeʒ d̄ ſomno. Dicēdū ꝙ adhuc rudes erāt et ī timore poſiti vt pʒ ex ꝑdictis: ꝛ iō male capiebāt v̄ba xp̄i. Uł dicēdū ꝙ xp̄s ꝯſueuerat eis pabolice loq̄: ꝛ iō neſciebāt qd ꝑ excitationē a ſōno ītelligerēt ſuſpicātes ne forte pabolice loq̄reſ. t Tūc ḡ: h̄ ꝯñter exp̄mit mortē lazari manifeſte dicēs. v Lazarꝰ mortuꝰ ē ꝛ gaudeo: nō d̄ eiꝰ morte abſolute. x Sʒ ꝑꝑ vos. vt videntes eiꝰ reſuſcitatōeʒ in fide ꝯfirmemini: vł ſic ꝛ gaudeo. ſ. qꝛ nō erā ibi: non ꝓpter me ſʒ ꝓpter vos: qꝛ ex p̄ñtia mea mors eius fuiſſet īpedita: cum mors h̄re locū nō debeat vbi ē vita: ꝛ ꝑ ꝯñs eiꝰ reſuſcitatio nō eēt que tñ eſt vtilis vobis.

Dixit ergo thomas q dicitur didimus[a] ad cõdiſcipulos. Eamus et nos ⁊ moriamur cũ eo[b] Venit itaqꝫ ieſus[c] ⁊ inuenit eum quattuor dies iam in monumento habentem Erat autez[d] bethania iuxta hieroſolimam quaſi ſtadijs qndecim. Multi autem ex iudeis venerant ad martham ⁊ mariam vt conſolarent eas de fratre ſuo[e] martha ergo[f] vt audiuit qꝛ ieſus venit. occurrit illi[g]. maria aũt domi ſedebat[h]. dixit ergo martha ad ieſũ. dñe ſi fuiſſes hic[i] frat me[9] nõ fuiſſet mortuus. Sed ⁊ nũc ſcio qꝛ quecũqꝫ popoſceris[k] a deo: dabit tibi de[9]. Dixit ei ieſus[l] Reſurget frater tuus[m] dicit ei martha[n]. Scio quia reſurget in reſurrectõe in nouiſſimo die Dixit ei ieſus[o]. Ego ſũ reſurrectio[p] ⁊ vita[q]: qui credit in me[r] etiã ſi mortuus fuerit[s] viuet[t]. Et omnis qui viuit ⁊ credit in me[v] nõ morietur ĩ eternuz[x]. Credis hoc[y] Ait illi vtiqꝫ domine[z].

a Dixit ergo thomas qui dicitur didimus.i. dubius. b Ad condiſcipulos ſuos.eamus ⁊ nos ⁊ moriamur cuz eo.iſte erat magis timidus q̃z alij: quaſi dicat exponamus nos periculo: vel ſm alios dicebat hoc ex magna dilectione: quaſi dicat melius eſt nobis cuz illo mori q̃z ſine illo viuere.

c Venit itaqꝫ ieſus: hic conſequenter agit̃ de aduentu chriſti ad lazarum: ⁊ diuiditur ĩ duas: quia primo agitur de eiuſ peruentione. ſecundo de eius ſuſceptiõe ibi: Martha ergo In pˀma ergo parte dicitur ſic.

c Venit ieſus: ⁊ inuenit eum quattuor dies ⁊c. quattuor dicit ad certitudinem mortis: quia lz ſint alique infirmitates latẽtes quibus aliquibus videtur mortuus ad tempus: hoc tamen non durat ꝑ quattuor dies: dicit etiam in monumento.ſ. in terra recluſus: quia dato ꝙ fuiſſet ibi poſitus viuus: nihilominus fuiſſet in tãto tempore mortuus.

d Erat autem ⁊c. quaſi ſtadijs quindeciz: que valent leucham excepto vno ſtadio.

e Multi autem ex iudeis venerant vt conſolarentur eas de fratre ſuo: tum qꝛ erãt nobiles domine: tum quia locus erat ſatis prope vt pꝫ ex dictis. f Martha ergo. hic agit̃ de xp̃i ſuſceptione: ⁊ primo quo ad marthã. Secundo quo ad mariam: ibi ⁊ cum hec dixiſſet. Prima in duas: qꝛ pˀmo chriſtus a martha deuote ſuſcipitur: Secũdo fratris ſuſcitatio ei promittitur: ibi: Dixit illi ieſus. In pˀma parte dicitur ſic.

f Martha ergo vt audiuit quia venit ieſus ip̃a enim habebat curam domus: ⁊ ideo primo aduentus chriſti ei nunciatus eſt per aliquem: qui aduẽtũ xp̃i preuenerat. g Occurrit illi reuerenter ⁊ deuote. h Maria aũt domi ſedebat: cum iudeis qui venerant ad eas.

i Dixit ergo martha ad ieſum: Domine ſi fuiſſes hic ⁊c. ex quo apparet ꝙ credebat ipſuz poſſe pſeruare fratrem ſuum a morte: tamen imperfecte credebat qꝛ videtur inuere ꝙ non poteſt xp̃s tm̃ abſẽs q̃ztũ pˀſens k Sz et nũc ſcio qꝛ quecũqꝫ popoſceris videtur ꝑ hoc ꝙ nõ fuiſſet edocta plene de ei⁹ deitate: qꝛ nõ dixiſſet quecũqꝫ popoſceris: ſz dixiſſet quecunqꝫ iuſſeris fient.

l Dixit illi ieſus: hic ſuſcitatio fratris ſui ei ꝓmittit̃ cũ dr̃. m Reſurget frater tu⁹. Sz illa intellexit hoc de reſurrectiõe futura: ideo ſubdit̃. n Dic̃ ei martha: Scio qa reſurget ⁊c. Ex quo patz ꝙ erat de ſecta phariſeoꝝ q̃ztuz ad hᷓ ꝙ cõfitetur reſurrectionẽ futurã nõ de ſecta ſaduceoꝝ q hoc negant. o Dicit ei ieſus: explicans intẽtionez ſuã de reſurrectione fratris ſui ꝓpinqua.

p Ego ſũ reſurrectio.ſ. cauſaliter: Tũ qꝛ reſurrectio xp̃i ẽ cã noſtre reſurrectionis: Tũ qa reſurrectio gñalis futura fiet virtute xp̃i vocãtis mortuos ad iudiciũ. q Et vita: ꝑ eſſentiã: ꝓpter qꝺ ſum cã vite oĩbus viuẽtib⁹ ⁊ poſſum dare vitã mortuis: qꝛ ꝙ eſt tale ꝑ eſſentiã ẽ cã omnium alioꝝ q̃ ſunt ꝑ participationẽ. vt habetur ſcd̃o metha. r Qui credit ĩ me: ſic̃ pˀdeſtinat⁹. s Etiã ſi mortuus fuerit: ꝑ lapſum in peccatũ mortale. t Viuet. finaliter vita gratie.

v Et oĩs q viuit ⁊ credit in me: fide formata. x Non morieẗ in eternum.i. morte eterna lz moriatur morte tẽporali ad ſoluẽdũ debitũ nature. y Credis hoc: nõ petit hoc quaſi ignorãs ſz querẽs ei⁹ ꝯfeſſionẽ ad meritũ qꝛ ore fit ꝯfeſſio ad ſalutẽ vt habet̃ roma.x.ca. z Ait illi vtiqꝫ dñe qꝛ ꝑ xp̃i verba erat inſtructa in fide

plenius ꝙ̃ ante qḋ pꝫ ex eius ſequēti ꝯfeſſione in qua ṗmo exprimitur ipſius xp̄i dignitas ſa/ cerdotalis:⁊ regia cum dicitur. a Ego cre/ didi quia tu es xp̄s.i.vnctus:vnctio autem de/ bebatur regibus ⁊ ſacerdotib⁹.Secūdo chriſti diuinitas cum dī. b Fili⁹ dei.ſ. na/ turalis.Tertio in carnationis veri tas cum ſubditur. c Qui in hūc mū dū veniſti:nō ꝑ lo ci mutationē:ſꝫ ꝑ carnis aſſūptionē d Et cū hec dixiſ ſet:hic agiť ḋ ſuſce ptiōe xp̄i:quo ad mariā qꝛ martha a xp̄o edocta ſtatī. e Abijt ⁊ voca/ uit mariā ſororeꝫ ſuaꝫ vt audiret bo nos rumores quos ipa a chriſto audi erat. f Silētio propter iudeos ꝑ ſentes quorum ali qui contra chriſtū machinabātur di cēs. g Magiſter adeſt ⁊ vocat te:ſꝫ non ſit ſupra expſſum ꝙ xp̄s vocaret mariam:tamen hoc eſt credendum qa non eſt probabile ꝙ martha in hoc mētiretur: Sed propter breuitateꝫ euangeliſta illud omi/ ſit:qꝛ ſufficit ex verbo marthe hoc exprimere. h Illa autem vt audiuit ſurrexit cito. ⁊ venit ad eum ex magna deuotione. i Nondum enim venerat ieſus in caſtellum:oſtendens ꝙ ad miracula facienda non ſe ingerebat:⁊ vt ex aduentu iudeorum cum maria ad ipſuꝫ magis celebre notorium eſſet miraculum. k Judei ergo.patet littera vſqꝫ ibi dicentes. l Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi.credebāt enim eam eſſe ſubito motā ex compaſſione fra/ tris ſui:quia non audierant verbum marthe vt dictuꝫ eſt. m Maria ⁊c̄.Cecidit ad pedes eius.qḋ nō fecerat martha.Ex quo patet ꝙ ma ria magis amabat ieſum ⁊ reuerebatur. n Et dixit ei:domine ſi fuiſſes hic ⁊c̄. ⁊ poniť ſicut ſupra. o Jeſus ergo.hic conſequenter

Ego credidi[a]: quia tu es chriſtus filius dei viui[b]: qui in hunc mūdū veniſti[c]. Et cum hec dixiſſet[d] abijt et vocauit mariam ſororem ſuam[e] ſilētio dicens[f]. Magiſter adeſt ⁊ vocat te[g]. Illa autem vt audiuit ſurrexit cito[h]: et venit ad eum. Nondum enī venerat ieſus in caſtellum[i]: ſed erat adhuc in loco vbi occurrerat ei martha. Judei ergo[k] q erāt cum ea in domo et conſolabantur eam cū vidiſſent mariam quia cito ſurrexit ⁊ exijt. ſe-

quti ſunt eam dicentes quia vadit ad monumē tum ⁊ ploret ibi[l]. maria ergo cum veniſſet vbi ieſus erat[m]: Videns eū cecidit ad pedes eius: ⁊ dixit ei[n]. Domine ſi fuiſſes hic non eēt mortuus frater me⁹. Jeſus ergo[o] vt vidit eam plorantem ⁊ iudeos q venerant cum ea plorantes: infremuit ſpiritu[p]: ⁊ turbauit ſeipſum ⁊ dixit. Ubi poſuiſtis eum? Dicunt ei. Domine veni ⁊ vide. ⁊ lachrimatus eſt ieſus[q]. Dixerunt ergo iudei[r]. Ecce quomō

agiť de lazari ſuſcitatione:⁊ diuidiť in duas:qꝛ ṗmo poniť ſuſcitatiōis actus. Scḋo ſequēs effe ctus:ibi multi ḡ ex iudeis. Prima in tres:qꝛ ṗ/ mo ḋſcribiť affectio xp̄i ad lazarū:Scḋo ſequeť ide murmuratio iudeoꝝ:ibi dixerūt ḡ. Tertio xp̄s ſuſcitat mortuum:ibi ieſus ḡ rurſū. Affectio xp̄i ad lazarū oſtenditur ṗmo ex ſigno cum dī. o Jh̄s ḡ vt vidit eā plorātē:⁊ iudeos q venerāt cū ea plorantes:ex morte amici. p Infremuit ſpiritu ⁊ turbauit ſe/ ipſum:fremit⁹ conſurgit ex indignatione:iſte eniꝫ xp̄i fremitus procedebat ex indignatione eius ꝯ̄ diabolū: ꝑ cui⁹ ſuggeſtionē mors itrauit ī mūdū que erat cito ḋ bellaturus:turba/ tio autem illa pro/ cedebat ex com/ paſſione lazari et ſororum ei⁹. Sciendum tñ ꝙ iſte paſſiones ⁊ ꝯſiľes nō erāt in xp̄o vicioſe:ſꝫ magis virtuoſe qꝛ nō erāt ṗuenientes iudiciū rōnis:ſꝫ magis ſe quētes:⁊ ꝑ ipm excitate:ſic̄ dicit ph̄s.iiij.ethi. ꝙ paſſio ire excitata ꝑ virtutē fortitudinis ad/ iuuat ad actū ei⁹ forti⁹ exequēdū. Scḋo oſtēdiť affectio xp̄i ex verbo cū dicit:vbi poſuiſtis eū ⁊c̄. Tertio ex facto cū ſubdiť. q Et lachrymatus ē ieſus:ex pietate vidēs locū ſepulture:ꝑ h̄ ēt oſtē dit veritatē humane nature:paris.n.ꝑiculi eſt diſcredere verā humanitatē in xp̄o ſicut ⁊ dei/ tatē. Et iō vbi xp̄s oñdit ſuā deitatē adiūgebat aliqua ad declarādū ſuā humanitatē ⁊ ecōuer ſo:⁊ pꝫ in ei⁹ natiuitate qñ iacēs in ꝑſepio vt hō infirm⁹ ſtellā fecit radiare in celo vt deus:Silr in paſſione qñ ipſo moriēte ex natura paſſibili ſol obſcurat⁹ eſt inuiſibili virtute dei:⁊ h̄ ſilr in ſuſcitatiōe lazari quatriduani qḋ erat maxime virtutis:turbatus eſt ⁊ fleuit ad declarādū ve/ ritatē humanitatis. r Dixerūt.hic ex affe/

amabant eũ[a]. Quidã autem ex ipſis dixerũt. Non poterat hic q aperuit oculos ceci nati facere[a] vt hic non moreretur? Jeſus ergo[b] rurſũ fremens in ſemetipo venit ad monumentum[c]. Erat autem ſpelũcha[d]: ⁊ lapis ſuperpoſitus ei. Ait ieſus[e]. Tollite lapidem[f]. Dicit ei martha ſoror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet: quadriduan⁹ ẽ enĩ

Dicit ei ieſus[g]: Nonne dixi tibi quoniã ſi crediderís videbis gloriã dei[h]. Tulerunt ergo lapidem[i]. Jeſus autem[k] eleuatis ſurſum oculis dixit. Pater grãs ago tibi[l] quoniã audiſti me. Ego autem ſciebam qꝛ ſemper me audis[m]. Sꝫ propter populum q circũſtat dixi[n]: vt credant quia tu me miſiſti. Hec cum dixiſſet: voce magna clamauit[o]: Lazare

ctu xpi oſtẽdit ſeqnẽs murmuratio: Judei enĩ viderũt xpꝫ triſtari ⁊ ꝑ ɔ̃ns arguebãt ꝙ mors illa ꝯ̃ voluntatẽ xpi ſimplr accidiſſet. Quia triſtitia eſt de hijs q nobis nolẽtib⁹ acciderũt: vt dicit Auguſtinus. xiiij. de ciuitate dei: ⁊ ꝑ cõſequẽs ɔcludebãt ꝙ non potuiſſet liberare lazarũ a morte: ⁊ hoc ẽ qḋ dr̃.

a Dixerũt ergo iudei: ecce quomõ amabat eũ: qꝛ videbãt euidens ſignũ inuentes ꝑ h̄ ꝙ libẽter ſi poſſet ꝓſeruaſſet eum a morte: ⁊ ex h̄ vlterius miraculũ de ceco natũ illumĩatovolebãt anihilare: ⁊ in aliũ retorquere dicentes.

a Nõ poterat h̄ q aperuit oclos ceci nati facere vt h̄ nõ moreret: q̃ſi dicãt: ex quo nõ pọt hoc nec illud potuit nec fecit. Jſti nõ expectabãt ſufficiẽter: ſꝫ iudicabãt ante tp̄s: qꝛ xp̄s plus fecit. plus. n. eſt mortuũ ſuſcitare: q̃ꝫ mortẽ infirmãtis ĩpedire.

b Jeſus ꝑ̃. hic ɔ̃nter ponit lazari ſuſcitatio. ⁊ ponunt h̄ qnqꝫ ꝑ ordinẽ faciẽtia ad miraculi certitudinẽ ⁊ magnificentiã: partes patebũt ꝓſequẽdo. Primũ ẽ deſcriptio ſepulchri qḋ erat ſpelũca cauata in rupe magna ⁊ ꝓfunda: ita ꝙ poterãt poni plura ibi corpora. ſ. corpa eoꝝ q fuerũt eiuſdeꝫ parẽtele. Uñ frequẽter dr̃ in libro regum. Sepultus ẽ in ſepulchro patrũ ſuoꝝ: Sic igit erat factũ ſepulchrum lazari: ⁊ deſuꝑ grandi lapide claudebat: ex quo pꝫ vera mors lazari qꝛ ſi fuiſſet ibi poſitus viuus ⁊ ſan⁹ īfra quadriduũ fuiſſet mortuus ex loci corruptione: ⁊ hoc ẽ qḋ dr̃.

b Jeſus ergo rurſum fremẽs in ſemetipo: indignatus ꝯ̃ maliciam iudeoꝝ de factis ſuis iniq murmurãtiũ: ⁊ talis ĩdignatio ẽ virtuoſa: qꝛ ſicut ad virtuoſum ꝑtinet applaudere bono ita ex oppoſito ⁊ indignari contra malum.

c Uenit ad monumẽtũ: dr̃ enĩ ſepultura monumẽtũ q̃ſi monẽs mentẽ qꝛ monet viuẽtes vt ꝓcogitent mortẽ.

d Erat. n. ſpelunca ⁊c. mõ ꝑdicto facta.

e Ait ih̄s. h̄ ponit ſcḋm. ſ. lapidis amotio cũ dr̃.

f Tollite lapidẽ ⁊c. Dñe iã fetet: q̃ſi dicat: lꝫ aliqñ ſuſcitati ſint mortui recẽter: tñ qꝛ i. ĩ q̃driduan⁹ ex fetore ſolut⁹ reſuſcitetur nõ ẽ ſic auditũ. ⁊ h̄ verbũ videt ꝓceſſiſſe ex amiratione marthe. ⁊ ei⁹ ignorantia qꝛ eiuſdẽ ṽtutĩ ẽ ſuſcitare mortuũ vtroqꝫ mõ ioãnes iõ ſeqtur.

g Dic̃ ei ih̄s: corrigendo ei⁹ dictũ.

h Nonne dixi tibi: qm̃ ſi crediderĩ videbis gl̃iaꝫ dei. i. glioſaꝫ ei⁹ virtutẽ ĩ ſuſcitatiõe fratris tui.

i Tulerũt ꝑ̃ lapidẽ. ad ꝓceptũ xpi.

k Jh̄s aũt. hic ponitur tertiũ. ſ. xpi orõ in lazari ſuſcitatiõe qḋ fac̃ ad ḋclarationeꝫ miraculi: qꝛ iudei xp̄o ĩponebãt qḋ faciebat miracula ṽtute demonis: qḋ oſtẽdit falſũ: ꝑ h̄ qḋ faciẽdo orat deũ: ⁊ hoc ẽ qḋ dr̃.

k Jh̄s aũt eleuatis ſurſũ oclis: vt oñderet nobis formã orãdi q̃ ẽ ꝑ eleuationẽ mẽtis ĩ deũ.

l Dixit pr̃: grãs tibi ago ⁊c. Deus aũt pr̃ celeſtis magnificẽtiſſim⁹ ẽ. Et iõ ex graꝝ actõe de ꝓteritis ad ꝓſtãda bñficia ſeqntia ꝓuocat: h̄ n. ẽ ꝓprium magnifici vt habet. iiij. Ethi.

m Ego ſciebã ⁊c. in his. n. q̃ xp̄s abſolute volebat ḋliberatiua volũtate ɔformabat diuĩe volũtati: ⁊ ſic exaudiebat. Sciẽdũ tñ ꝙ orare pr̃eꝫ ɔuenit xp̄o rõne hũanitatis in q̃ ẽ minor pr̃e: ñ aũt rõne diuinitatis in q̃ ẽ ei eq̃lis.

n Sꝫ ꝑpt pplm̃ q circũſtat ⁊c. Multi. n. ex iudeis dicebãt ꝙ belzebub faciebat ſigna qḋ remouet ɔformãdo volũtatẽ ſuã cũ volũtate diuina.

o Hec cũ dixiſſet: h̄ ponit q̃rtũ. ſ. lazari vocatio: cũ dicit.

o Hec cũ dixiſſet voce magna clamauit. Lazare veni foras: h̄ fec̃ ad declarationẽ miraculi qꝛ ſi dixiſſet in ſcilẽtio poſſent dicẽ aduerſarij ꝙ ṽba magica dixiſſet vl̄ īterpoſuiſſet. ꝑ h̄ ẽt tollitur error eoꝝ q dicebãt aĩas ḋfunctoꝝ latitare in ſepulchris: ⁊ iõ clamauit ih̄s voce magna in ſuſcitatiõe lazari q̃ſi aĩam reuocans a lõgin/

quo.ſ.ab īferno:vt ad corpus rediret.
a Et ſtatim:hic ponit̄ q̄ntum.ſ.lazari ſuſcita/
tio cum dī. a Et ſtatim ꝓdijt q fuerat mor/
tuus qr virtus diuina operabatur in inſtanti.
b Ligatus manus ꝛ pedes inſtitis:ꝛ facies ei⁹
dimentũ non hñt ꝓprio verbo ꝯfiteri tenenf.
Uñ Augu.in lib.de pnia taliter inquit. Quem
penitet oio peniteat ꝛ doloreꝫ lachrymis oſtẽ/
dat:ꝛ repreſentet vitam ſuã deo per ſacerdotẽ:
preueniat iudiciũ dei per ꝯfeſſioneꝫ: precepit
dñs mandandis vt oſtenderent ora ſacerdoti
bus docens corporali preſentia cõfitenda pctã
non per nuntium non per ſcriptuꝫ manifeſtã/
da:ꝛ hec verba notantur a Gratiano de pe.di.
j. Et in hac ꝯfeſſione que fit ꝓprio v̄bo triplex
error cõmitti ſolet. Quoꝝ p̃mus dicif prepara
tionis:ſcd̃us verecũdatõis:tertius diſcretõis.

Feria.iiij.poſt dñicã de
paſſione euangeliũ ſm
Joannem.vij.cap.

In illo tpe
Ambula-
bat ieſus i
galileam[a].
Nõ eni vo
lebat in iudeam ambu
lare: qꝛ querebãt eum
iudei interficere. Erat
aũt[b] in proximo dies fe
ſtus iudeorum Sceno-
phegia. Dixerunt autẽ
ad eũ frẽs eius[c]. Trãſi
hinc ꝛ vade in iudeaꝫ[d]:
vt ꝛ diſcipuli tui videãt
opera tua[e] que tu facis
Nemo qppe in occulto
qcqꝫ facit:ꝛ querit ipſe
in palã eẽ. Si hec facis
mãifeſta teipſuꝫ mũdo
Neqꝫ eni frẽs eius cre
debant in eum[f]. Dixit

Expoſitio lrãlis.

In hac le/
ctiõe euã/
geliſta a/
git de doctria xp̃i
iudeis collata: qa
ſicut predcm̃ ẽ pi
debet filijs nutri/
mentũ ꝛ documẽ/
tũ exhibere. Et iõ
hic tãgif de origi
ne doctrie chriſti
quantũ ad locum
ſeu aptitudinẽ lo/
ci. Circa qd ſcien
dum vt ſupra dcm̃
eſt qd locus aptus ad predictam manifeſtatio/
nem erat ciuitas hyeroſolimitana vbi ad dieꝫ
feſtũ cõueniebat populus:ꝛ ideo ad manifeſtã
dum ſe in hoc loco inuitaf xp̃s:ꝛ lꝫ primo recu
ſet tñ finaliter ꝯſentit vt videf ꝛ hoc eſt qd dr̃.
a Ambulaba: ieſus in galileaꝫ.docendo in ſy
nagogis coꝝ. Non enim volebat in iudeã am
bulare:lꝫ eni poſſet eſſe inter eos ſine nocumẽ/
to voluit tñ ſe aliqñ abſentare ante tp̃s debituꝫ
paſſioni ſue oſtendendo in ſeveritatẽ humane
nature:ꝛ qd licitum erat fidelibus ſuis aliqñ p
ſecutioneꝫ fugere. b Erat aũt ꝛc̃. ſcenophe/
gia.i.feſtũ tabernaculoꝝ. dicif ãt a ſcenos qd ẽ
vmbraculũ ꝛ phagin qd eſt comedere:qꝛ ſeptẽ
diebus comedebant iudei in vmbraculis.
c Dixerunt aũt ad eum frẽs eius.nõ qd eẽnt
filij Marie matris ſue neqꝫ ioſeph vt alias di
ctum eſt ip̃robando errorẽ Eluidij ſup Mat.j.
cap.nec cognati ſui q erant ad apoſtolatũ voca
ti:qꝛ de iſtis dr̃ infra qꝫ fratres eius nondũ cre
debant in eũ:ſed dicunf hic frẽs qꝛ erãt de co/
gnatione ſua qui ex factis eius volebãt repor/
tare gliam mũdanã ſm Augu. vnde ſequitur.
d Tranſi hinc ꝛ vade in iudeã.hoc eſt in hie
ruſalem metropolim iudee. e Ut diſcipuli
tui videant opera tua. Dubitabant eniꝫ de xp̃i
miraculis vtrũ eſſent vera:ꝓpter hoc ſequif.
f Neqꝫ eni frẽs eius credebant in eum. ꝛ qa

ſuggerebant ei malum ſcꝫ gloꝛiam mundanaꝫ querere: ideo recuſauit dicens.

a Tempus meum nondū aduenit. ideſt tempus glīe mee manifeſtādē: qꝛ poſt reſurrectionem erat manifeſtanda.

ergo eis ieſus: Tēpus meū nonduꝫ aduenit[a]: tēpus aūt veſtrū ſemꝑ ē paratū[b]. Nō pōt mūdus odiſſe vos[c]: me aūt odit[d]: quia ego teſtimonium perhibeo de illo[e] quia opera illius mala ſunt. Vos aſcendite ad diē feſtū hunc[f]: ego aūt non aſcendā ad dieꝫ feſtuꝫ iſtum[g]: quia tēpus meū: nondū impletum eſt[h]. Hec cū dixiſſet mā ſit ipſe ī galilea[i]. Ut aūt aſcenderunt frēs eius[k] tunc ⁊ ipſe aſcendit ad diem feſtū: non manifeſte[l] ſed quaſi ī occulto[m] Judei ergo[n] querebant eum in die feſto ⁊ dicebant. Ubi eſt ille[o].

b Tempus aūt veſtrum ſemꝑ eſt paratum: quaſi diceret tempus glīe mundane quā q̄ritis nūc eſt in ꝓncipio huius ſolēnitatis: qꝛ iudei magis vacabant conuiuijs ⁊ leticie in ꝓncipio feſti quaꝫ in fine quando chꝛiſtus iuit ad feſtum vt infra patebit.

b Tempus aūt veſtrum ⁊c̄. quaſi diceret vos poteſtis ire ſecure non autem ego inquantum homo q̇ui inimicos capitales habeo: pꝛopter hoc ſequitur.

c Non poteſt mundus odiſſe vos. quaſi diceret vos qui gloꝛiam mundanā queritis homines mundanos aduerſarios non habetis.

d Me autem odit qui quero glīaꝫ dei: ⁊ per ꝯñs arguo peccata mundanoꝝ que ſunt ei cōtraria ⁊ hoc eſt qđ dicitur.

e Quia ego teſtimonium perhibeo de illo. ideſt de mundo. ⁊ accipitur hic mundus non quantum ad creaturarum ſubſtantiam: ſed quātū ad hoīuꝫ malitiā: ſicut dcm̄ eſt. cap. j. ſup illud. Et mundus eum nō cognouit.

f Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. ideſt ad pꝛincipium ſolēnitatis tabernaculoꝛum: quia in ꝓncipio magis vacabant homines epulis ⁊ leticie vt pꝛedictum eſt, non ꝙ inuitet eos ad talia ſed oſtendendo quid ipſi querebant: quia que mundana ſunt adhuc ſapiebant tm̄: vt viſum eſt.

g Ego autem non aſcendam ad diem feſtuꝫ iſtum. ſ. pꝛimū: vñ ꝙ poſtea venit in medio ſolēnitatis in alia die nō eſt mētitus: ⁊ ſubdit cā.

h Quia tp̄s meū nōdū eſt ipletū: tp̄s enī aptū doctrine veritatis ꝓpter quā venerat ſaluatoꝛ non ſic erat in pꝛincipio ſolēnitatis pꝛopter pꝛedicta ſicut circa finem.

i Hec cum dixiſſet ipſe manſit in galilea: ratione pꝛedicta. k Ut autem aſcenderūt frēs eius tunc ⁊ ipſe aſcendit. ſ. ad diem feſtuꝫ tabernaculoꝝ non tñ cū fratribus ſuis: nec eadem die: quia ipſi iuerunt ad pꝛimū diem illius feſtiuitatis: ipſe auteꝫ venit illuc quarto die: vt patebit infra. Sicut enim noluit eſſe in pꝛincipio feſtiuitatis ne fratribus ſuis malum perſuadētibꝰ videretur fauere: ſic non habuit ſe omnino ſubtrahere ꝗꝫ venerat docere. Modus autem veniendi tangitur cum dicitur.

l Non manifeſte. ideſt cum magna comitiua ne daret iudeis occaſionem maioꝛis inuidie.

m Sed quaſi in occulto. in hoc condeſcendens fidelibus qui timoꝛe moꝛtis occultandi erant. n Judei ergo. poſtꝗꝫ euangeliſta deſcripſit aptitudinem temporis ad manifeſtandum oꝛiginem ſue doctrine. Hinc conſequenter deſcribit occaſionem manifeſtationis dicte. Et diuiditur in duas ſ͂m duas occaſiones huiuſmodi manifeſtationis. Secunda ponitur ibi. Jam autem die feſto. Pꝛima occaſio fuit inueſtigatio iudeoꝛum chꝛiſtum querentium. Quoꝛum aliqui eum querebant vt interficerent. Alij autem vt doctrinaꝫ eius deuote audirent: ⁊ ideo debuit apparere ⁊ docere: vt oſtenderet ꝙ mali nocere nō poterant niſi quantum permittebāt. ſicut enim ſe occultando oſtendit infirmitatem humanitatis: ita confidenter inter inimicos apparendo ⁊ exiſtendo oſtendit potentiam deitatis. Debuit etiam apparere pꝛopter bonos vt eius doctrinam oꝛiginatam a deo oſtenderet: vt attentius eum deſiderarent: ⁊ hoc eſt qđ dicitur.

n Judei ergo querebant eum in die feſto. Duplici de cauſa vt dictum eſt.

o Et dicebāt vbi eſt ille? qꝛ illi qui querebāt

eum ex odio dedignabanꝭ eum noīare ꝓprio noīe. Illi aūt qui querebāt eū ex deuotione:ita reputabāt eū famoſum ꝛ autenticū:ꝙ nō opoꝛtebat exprimere nomē ꝓpriū: ꝛ ideo quātū ad eos ſenſus eſt:vbi eſt ille?quaſi dicāt:vbi ē ille: qui tantus ꝛ talis eſt ꝛ facit tot miracula. a Et murmur multus erat in turba de eo.ꝑꝑ ꝯtrarietatem opinionū de eo. ideo ſequiꝭ. b Quidam eni dicebant qꝛ bonꝰ eſt.approbādo eius doctrinā ꝛ miracula. c Alij autē dicebant non: ſʒ ſeducit turbas.ex hoc ꝙ malignantes dicebant turbas eē ſeductas ab eo pʒ ꝙ maioꝛ pars ſm numerū dicebat ꝯͣriū:qꝛ erant ꝑncipes ppl̄i illi qui dicebant eū ſeductoꝛē: vnde ſequitur.

Et murmur multꝰ erat in turba de eo.[a] Quidam enim dicebant qꝛ bonus eſt[b]: Alij autē dicebant non: ſed ſeducit turbas[c]: Nemo tamen palaʒ loquebatur de illo[d]: Propter metum iudeorum[e].

d Nemo tn̄ palam loquebaꝭ de eo.ſ.in bonū.
e Propꝭ metū iudeoꝝ.ſ.illoꝝ de tribu iuda. ſʒ eni oēs de pplo aliqn̄ noiarenꝭ iudei: tn̄ ſpeciali mō ſic noianꝭ illi de tribu iuda: ꝛ iſti grauius mouebanꝭ cōtra xp̄m: eo ꝙ in ſcripturis xp̄s erat pꝛomiſſus de tribu eoꝝ:ipſi aūt reputabant iſtum galileū ꝛ ab eis extraneū ꝓpꝭ qđ etiā ſacerdotes repudiabāt eū:vt dr̄ in fine huius capituli.

Expoſitio moꝛalis.

Ambulabat ieſus in galileam ꝛc̄. per hͦ oſtēdit xp̄s ꝙ aliqn̄ dandus eſt locus ire maxime qn̄ pſonalis eſt pſecutio:ſicut videꝭ fuiſſe in ꝓpoſito:trāſi hinc ꝛ vade in iudeam:Iſti loquebanꝭ tanq̄ȝ humana gloꝛia eſſet per ſe querēda qđ eſt falſum ꝓpter qđ xp̄s eis non acquieuit: vt daret nobis exemplū talem gl̄iam non querendi:Uerūtn̄ qꝛ ꝓpter hoīuʒ verba:doctrina ſalutis non eſt omittenda.iiij.die feſtiuitatis q̄ erat media:eo ꝙ ſeptem diebus durabat feſtū aſcendit ieſus in templū ꝛ docebat populum q diebus preteritis intentus fuerat ſacrificijs et oblationibus ꝯſuetis:ꝛ per hoc docuit predicatores euangelij vt ſm dictum ſapientis tēpus tacendi conſiderent ꝛ tempus loquendi:in ſequentibus autem mihi non occurrit aliqđ myſticum notabile.

¶ Queſtio fratris Antonij betontini: Tēpus autem veſtrum ſemꝑ eſt paratum. Io.vij.cap. In quibus verbis queriꝭ:vtrū abſente ſacerdote:ep̄s ad ꝯfeſſionem obligeꝭ. Cui petitioni breuiter rn̄detur:ꝙ aliquē ad ꝯfeſſionē obligari tripliciꝭ pōt itelligi. Precepto ſcʒ cōſilio: atqʒ de ꝯgruo. Precepto vͦ ſoli ſacerdoti fienda eſt cōfeſſio. Un̄ magiſter ſententiaꝝ diſt.xvij. quarti libꝛi. Taliꝭ inquit. Sacerdotis examen requirendū eſt ſtudioſe qꝛ ſacerdotibꝰ cōceſſit deus ptātē ligandi atqʒ ſoluendi. Cū dn̄s vt Io.xx.ca.ſcribitur diſcipulis dixit. Accipite ſpm̄ ſcm̄ quoꝝ remiſeritis peccata remittunꝭ eis:ꝛ quoꝝ retinueritis retenta ſunt. Hinc aūt Mat.viij.cap. ſcriptū eſt ꝙ lepꝛoſo dn̄s ait. Uade ꝛ oſtēde te ſacerdotibus. Ex qbꝰ colligiꝭ ꝙ abſn̄te ſacerdote:chꝛiſtianus ad ꝯfeſſionē ex neceſſitate non obligaꝭ ſʒ quātū pōt eū diligenꝭ reqrere teneꝭ Proinde magiſter ſniaꝝ vbi ſupꝛa ca.nūc ꝑus ait. Nec eſt vere humilis penitens:ſi non deſiderat ꝛ reqrit ſacerdotis iudiciū. Cōſilio autē etiā laico chꝛiſtianus ꝯfiteri teneꝭ:vn̄ de peni. diſt.vj.cap. Qui ꝯfiteri dr̄:tanta itaqʒ eſt vis cōfeſſionis:vt ſi deeſt ſacerdos ꝯfiteaꝭ pꝛoximo. De cōgruo ſilr̄ hͦ intelligiꝭ:ꝓpterea magr̄ vbi ſupꝛa dicit. Si defuerit ſacerdos pꝛimo vel ſocio ꝯfeſſio eſt faciēda:hoc aūt de ꝯgruitate:nō de neceſſitate intelligi dʒ.ſ.qn̄:vt Ric. ꝛ doctoꝛ ſubtilis dicūt copia ſacerdotis non habeꝭ:ſʒ ſaluo melioꝛi iudicio vrgente ꝑiculo moꝛtis hāc ꝯgruitatē ꝑ me ꝛ hoc ꝯſiliū non tenerē ꝓpter multa pericula atqʒ ſcādala que inde oꝛiri pn̄t Sed qꝛ vos hodie ſacerdotū copiā habetis:idͦ dn̄s vobis ait. Tp̄s aūt veſtrū ſemꝑ ē paratū.ſ. ꝑ ꝯfeſſionē:in qua etiā triplex erroꝛ ſepius cōmitti ſolet. Et vnꝰ eoꝝ dr̄ hūiliatōis. alter purificatiōis. Ultimus vͦ ſecreti retentionis.

Feria.iiij. poſt dominicam de paſſione Euangelium ſm Ioannem. x.cap.

In illo tp̄e Facta ſūt autē[f] encenia[g] i ieroſolimis ꝛ

Expoſitio litteralis.

f Facta ſunt aūt. Hic deſcribiꝭ iudeoꝝ malignitas xp̄m pſequēdo:ꝛ pmo verbis:ſc̄do factis:ibi. Suſtulerūt ergo la

hiems erat[a] Et ambulabat ieſus in templo ī porticu Salamonis[b]. Circūdederūt[c] ergo eū iudei ⁊ dicebant ei[d]. Quo vſq; animam noſtrā tollis? Si tu es chꝛiſtus[e] dic nobis palam[f]. Reſpondit eis ieſus[g]. Loquoꝛ vobis et non creditis[h]. Opera que ego facio in nomīe patris mei[i]: hec teſtimoniuʒ perhibent de me. Sed vos non creditis[k]: quia non eſtis ex ouib⁹ meis[k]: oues mee[l]: vocem meam audiūt[m]. ⁊ ego cognoſco eas[n]: ⁊ ſequuntur me[o]. Et ego[p]

pides. Pꝛima in duas: qꝛ pͥmo ponif iudeoꝝ interrogatio maligna. Scdo xpi rñſio vera ibi rñdit eis ieſus. Circa pͥmū deſcribif eoꝝ interrogatio quātū ad tps ⁊ locū ⁊ interrogādi modū. Tps tangif cū dī. g Encenia facta ſunt ī ieroſolimis .i. feſtū dedicatōis tēpli. encenia enim idem eſt ꝙ īnouationes: ⁊ dī ab en. ꝙ eſt: in: ⁊ cenos nouū qđ fit qñ aliqua res noua ſuo vſui applicaf ī dedicatōe aūt tēpluʒ applicaf vſui. Sciendū tñ ꝙ feſtum non erat pͥme dedicatiōis q̄ facta ē a Salomone: qꝛ illa facta eſt .x. die ſeptēbꝛis in autūno: vt hꝫ .iij. Regū .vij. ca. Nec etiā ſcđe dedicatōis q̄ facta eſt ſub ʒoꝛobabel templo reedificato: qꝛ illa fcā eſt in martio tpe vernali: ſed fuit feſtū illi⁹ dedicationis ſeu innouatōis q̄ fcā ē ſub Juda machabeo qñ purificatuʒ fuit tēplū ab Antiocho epiphane ꝓphanatū vt hꝫ .j. machabe .iiij. cap. que purificatio facta fuit vigeſimaqnta die noni menſis apud iudeos vt hꝫ .j. machab .iiij. ca. qui pꝛo maioꝛi parte cōiter ꝯcurrit cū decēbꝛi apud nos: ⁊ ideo ad hoc denotandū additur. a Et hiems erat. ⁊ ſic pꝫ tps. Locus autē deſignaf cū dī. b Et ambulabat ieſus in templo in poꝛticu Salomonis. noīe templi ītelligunf atria ⁊ loca ad domū dñi ptinentia. Erat autē ibi qdā locus edificatus vbi Salomon ſtabat ad oꝛandū q dicebaf regis oꝛatoꝛiū. Sed ꝯtra hoc videf ꝙ oīa q̄ edificauerat Salomon in tēplo fuerūt combuſta ꝑ caldeos vt hꝫ .iiij. Reg. vlti. cap. Dicendū ꝙ alia poꝛticus fuit reedificata ī templo ad ſilitudinē pꝛioꝛis: ⁊ iō retinuit nomē ꝓcedentis: ſicut frequēter fit in edificijs reparatis: ⁊ ſic pꝫ interrogatiōis locus: ſubdif etiā interrogandi modus. c Circūdederūt ergo eū iudei: vt citius eū in verbis caparent. d Et dicebāt ei. Quouſq; aīam nr̄am tollis? ideſt crucias dimittendo nos in ſuſpenſo ꝓ ß inuentes ꝙ vellent eius dicto ſtare ⁊ eū libenf ſicē chꝛiſtū recipere cū tñ haberēt ꝯriū ī coꝛde. e Si tu es xps dic nobis palam. Nō querūt ſi tu es filius dei: qꝛ de hoc non curaſſet Pilat⁹ qui erat gentilis apud quē intendebant eū accuſare: ſed querūt ſi tu es xps .i. vnctus q̄ vnctio dedebaf regibus: ⁊ ꝑ ꝯñs ſi reſpondiſſet ſe eſſe xpm ſtatim accuſaſſent eū pꝛeſidi vt rebellare volentem ꝯtra imperatoꝛem romanū cui ſbditi erāt iudei et aſpirare ad regnū. Eadem etiā de cā dixerūt f Dic nobis palā. vt poſſent ꝯ eum hr̄e teſtimonium. g Rñdit ieſus. hic ponif xpi vera rñſio in q̄ pͥmo oſtendif iudeoꝝ malignitas: ſcđo diſcipuloꝝ xpi benignitas: ibi. Oues mee. ī pͥma ergo pte dī ſic. h Loquoꝛ vobis ⁊ non creditis. q.d. Vos q̄ritis verba exꝑimentia ꝙ ego ſim xps nō ad veritatem intelligendū: ſed magis ad calūniādum: qꝛ ſi illa dicerē nō crederetis qđ pꝛobat ꝯſequenter dicens. i Opera que ego facio in noīe pr̄is ⁊c. ſicut patet Jo .iiij. cap. Efficaciſſimū argumentū ad ꝓbandū veritatē excedentem naturalē facultatē intellectus ſunt opa miraculoſa: ⁊ tñ illis nō credebant cū tñ fierēt ad declarationē deitatis ieſu xpi. Cū aūt incredulitatis eoꝝ ſubdif cū dicif. k Sed vos non creditis: qꝛ non eſtis ex ouibus meis .i. innocētes ⁊ humiles: ſꝫ ſuperbi ⁊ maligni: ⁊ ideo dei iudicio excecati. Conſiderādū ꝙ in hac reſpōſione xps non dixit expꝛeſſe ſe eſſe xpm quem querebant: ſed dicit aliqd equiualens vel maius vt reſponderet veritatē ⁊ excluderet calūnie malitiā. l Oues mee. Hic ꝯſequenf oſtēdit diſcipuloꝝ ſuoꝝ benignitatem dicens. l Oues mee .i. humiles quibus reuelaf veritas vt hꝫ Mat .xj. ca. m Vocē meā audiūt. credendo coꝛde ⁊ obediendo opere. n Et ego cognoſco eas non ſolum noticia viſionis ſed etiam appꝛobationis ad vitam eternam. o Et ſequunf me. hic in pn̄ti per gratiaʒ ⁊ in futuro per gloꝛiam: ideo ſequitur. p Et ego vitam eternam do eis. loquitur enim hic de illis qui ſunt oues eius non ſolum ſm p̄ntem iuſticiam: ſed etiam ſm pꝛedeſtinationē diuinaʒ

que fruſtrari nō poteſt. a Et nō rapiet eas. quiſqȝ de manu:per violentiam:qꝺ̄ probat tali ratione. b Pater meus.qꝺ̄ dedit mihi:ideſt ipſa deitas quā habeo a patre:quia omnia ex/cedit in infinitū. c Et nemo poteſt rapere: cum enim ſit infi/nite potētie nihil poteſt ab eo aufer ri per violentiaȝ. d Ego ⁊ pater vnum ſumus : in virtute ⁊ potētia: ſicut in deitate vt ſupra dictum eſt: ergo nemo poteſt rape oues:de ma/nu mea. Notādūȝ aūt qꝺ̄ ex hoc ver bo ſaluatoris. Ego ⁊ pater vnum ſu/mus:excluduntur duo errores cōtra rij : circa articu//luȝ ſanctiſſime trinitatis: Sabellius. poſuit in deo vnitatem perſone ſicut ⁊ eſſentie: ⁊ hoc re mouetur cum dicitur. Ego ⁊ pater vnū ſumus ſi enim pater ⁊ filius eſſent vna perſona dixiſ/ſet ſum in ſingulari. Arrius autem econtrario poſuit diuerſitatem eſſentiarum:ſicut perſona narum ⁊ hoc excluditur per hoc cum dicitur ħ vnum. Si enim pater ⁊ filius haberent diuer/ſas eſſentias non diceret vnum neutraliter : ſȝ plura. e Suſtulerunt ergo lapides. Hic con ſequenter oſtenditur malignitas iudeorum in facto:⁊ diuiditur in duas quia primo chriſtus refrenat eorum ſeuitiam. ſcꝺo excludit impoſi tam ſibi blaſphemiam:ibi. Reſponderunt iu//dei. In prima igitur partē dicitur ſic. e Su ſtulerunt lapides iudei. vt lapidarent eū moti liuore inuidie:nō amore iuſtitie abſqȝ legis or dine:vt ſupra dictum fuit in caſu ſimili.viij.ca. f Reſpondit eis ieſus dulciter eos reprimē do. g Multa bona opera oſtendit ⁊c̄.ſcilicet veritatem docendo īfirmos curando:⁊ alia mi racula faciendo. h propter qꝺ̄ eorum opus me lapidatis.cum tamen ex hoc me honorare deberetis. i Reſponderunt. Hic conſequen ter excludit blaſphemiā ſibi impoſitam:⁊ diui/ditur in duas qa p̄mo huiuſmodi blaſphemia īponitur:⁊ ſcꝺo excluditur ibi. Reſpondit. In prima ergo parte dicitur ſic. i Reſponde/runt iudei. dicentes. k De bono opere non lapidamus te:ſed de blaſphemia:in dictis eoꝝ patet contradictio:quia loquebantur ſicut fu//rioſi:teſtificantur enim euȝ facere bona opera in miraculis cum dicūt. k De bo/no opere non ſcili cet qꝺ̄ facis: ⁊ ta//men dicūt hic euȝ blaſphemum cum dicitur. l Sed ꝺ̄ blaſphemia:iſta enī ſunt incōpoſſi bilia: qꝛ miracula chriſti fiebāt ad te ſtimonium boni/tatis eius: ⁊ ideo cū eēnt bona ope ra ⁊ diuina nō po terant fieri ad te/ſtificandum aliqꝺ̄ falſum qꝺ̄ tamen eſſet ſi ille eēt blaſphem⁹ ad cuius teſtimoniūȝ fierent. Iſta aūt cecitas in eis procedebat ex eo ꝙ ſolum humanā naturā in chriſto conſidera bant iō ſubdit:qꝛ cū hō tu ſis facis te ipſuȝ:deū. m Rn̄dit eis:hic ꝯſequēter ieſus excludit cri/men blaſphemie ſibi ipoſitū.⁊ hoc dupliciť pri mo excludit illud p ſcripturā.ſcꝺo p rōneȝ ibi: Si nō facio. Circa p̄mū ſciēdū ꝙ ſacra ſcriptu/ra cū ſit a deo iſpirata: nō pōt eē falſa: Ipſa aūt attribuit deitateȝ hoibus ſanctis ⁊ ꝓphetis : ⁊ ipſi chriſto. Aliter tn̄ qꝛ deitatē ꝑticipatiue tm̄ attribuit alijs a chriſto ſicut iudices locum dei tenētes dicūtur dij Exo.xxij.ca. Dn̄s domus ap plicabitur ad deos:⁊ ibidē:Dijs non detrahes ⁊c̄. xp̄o aūt attribuit deitateȝ ꝓprie dictam. ſm̄ qꝺ̄ habetur Iere.xxiij. cap. Ecce dies veniūt di cit dn̄s:⁊ ſuſcitabo Dauid germen iuſtū:ſeqtur poſtea. Hoc ē nomē qꝺ̄ vocabūt eū dn̄s iuſtus noſter:⁊ vbi hēm⁹ dn̄s poniť nomē dn̄i tetha/gramaton in hebreo:qꝺ̄ nullo mō attribuiť ali cui niſi deo vō Iō pȝ qꝺ̄ ſicut ſcriptura veteris ṫeſti attribuit alijs a xp̄o deitatē ꝑticipatiue di ctā. Ita ipſi xp̄o deitatē ꝓp̄e dictā. Scꝺm ħ igiť exponēda ē lr̄a. m Rn̄dit eis ieſus declarādo ſe nō eē blaſphemū dicēdo ſe eē deū vl dei filiū nālē qꝺ̄ idē ē qꝺ̄ ꝓbat p ſcripturā dicēs. n Nō ne ſcriptū ē ⁊c̄. qꝛ ego dixi dij eſtis:ħ hēť i pſal.

vitam eternam do eis ⁊ non peribunt in eter num:⁊ non rapiat eas quiſqȝ de manu mea[a]. Pater meus qꝺ̄ dedit mihi[b]:maius eſt omni bus: Et nemo poteſt ra pere de māu pr̄is mei[c]. Ego ⁊ pater vnū ſum⁹[d] Suſtulerunt ergo lapi des iudei vt lapidarēt eum[e]. Reſpondit. eis ieſus[f]. Mlta bōa opa oſtendi[g]. vobis ex pr̄e meo: propter qꝺ̄ eorū opus me[h] lapidatiſ. Re ſponderunt[i] ei iudei. De bono opere nō la pidamus te[k]:ſed de bla ſphemia[l]: ⁊ quia tu ho mo cū ſis:facis teipſuȝ deum. Reſpondit eis ieſus[m]. Nonne ſcriptū eſt in lege veſtra[n]:quia ego dixi dij eſtis? Et ſi illos dixit deos[o]:ad q̄s

lxxxj. ⁊ dr̄ de iudicibus ⁊ prophetis iō ſubditur o Si illos dixit deos ꝑticipatiue. p Ad q̄s ſermo dei factus eſt: ſicut fuerunt ꝓphete ⁊ iudices. a Et nō poteſt ſolui ſcriptura .i. non pōt dici qd̓ contineat falſuz. b Quā pater ſcificauit .i. me ipſuz: quē ſāctificauit .i. ſanctuz gn̄āuit ab eterno ſm̄ deitatem: vel ſanctificauit .i. plenitudine grē adipleuit q̄ꝫ tū ad humanitatē c Et miſit in mundū ad ſuādū ipm ſicut ṗdcm̄ erat p ꝓphas. d Uos dicitis q: blaſphemas q: dixi filius dei ſuz? q̄ſi di. irrationabiliter loqmini: q: ſcriptura ſacra que ſolui nō pōt: expreſſe loqtur de diuinitate mea: vt pꝫ per predicta. e Si nō facio. Hic cōſequēter excludit crimen blaſphemie ſibi īpoſitum p rōnē. Circa qd̓ ſciendū qd̓ oīa determinantur ꝓprio oper: vt habeẗ. iiij. Methaurorū: iō per ꝓpriā operationē certificamur de nā rei xp̄s aūt faciebat opera diuinitatis propria. ſ. miracula totā facultatē creature tranſcendentia: ⁊ etiā virtute ꝓpria: q: nō ſolū faciebat illa obſecrando diuinam potentiā: ſed aliqn̄ iperādo ex quo cōcluditur qd̓ in eo vere erat nā diuina ⁊ per ꝯn̄s non erat blaſphemus dicendo ſe eē deū vel dei filium: ⁊ hoc eſt qd̓ dicit. e Si nō facio opera patris mei. ⁊c. iō cōcludit ex operibus. f vt cognoſcatis ⁊ credatis quia pater in me eſt ⁊ ego in patre in q̄ꝫtum eſt vna natura amborum ſicut ⁊ vna operatio.

Sermo dei factus: eſt[p]: ⁊[a] non poteſt ſolui ſcriptura quaꝫ paẗ veſter ſanctificauit:[b] ⁊ miſit ī mundum[c]: vos dicitis quia blaſphemas[d]: qa dixi filius dei ſum? Si non facio[e] opera patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: ⁊ ſi mihi non vultis credere: oper. bꝰ credite. Ut cognoſcatis ⁊ credatis q: ī me ē[f] pr̄ ⁊ ego ī pr̄e

Expoſitio moralis.

Ego ⁊ pater vnū ſumꝰ. Auguſtinus. Utrūqꝫ audi vnū ⁊ ſumꝰ ⁊ a caribdi ⁊ ſilla liberaberis. qd̓ dicit vnū liberat te ab Arrio: qd̓ dicit ſumus A ſabellio Suſtulerunt ergo lapides iudei. Hillarius nunc hēticoꝝ furor iaꝫ dn̄o in celis ſedēte pari infidelitate dictis non obedientes odiuꝫ impietatis exercent v̓boꝝ: lapides iaciunt ⁊ ſi poſſent de trono ſuo in crucē detrahēt.

¶ Qō fratris Antonij betontini ſup v̓bis Si non facio opa patris mei nolite credere mihi Joan. x. ca. In qbus v̓bis q̄riẗ. Cui ſacerdoti ſit faciēda ꝯfeſſio. Ad h̓ breuiẗ dico ſm̄ doctoris nr̄i Durādi ſniaꝫ qd̓ tria ſunt neceſſaria ꝯfeſſori cui faciēda eſt ꝯfeſſio vt ſufficiēter poſſit penitentibus ꝓuidē vita. ſ. ſcia: ⁊ auctoritaẗ. Prio igiẗ ꝯfeſſori eſt neceſſaria vita hōeſta. ſ. ⁊ deuota qd̓ ꝓbaẗ: vbi eni de cōfeſſoribus dr̄ ṗma petri. iiij. c. Sicut boni diſpēſatores multiformis grē dei: adeo vt d̓ ipſis illud apli ad cor. iiij. ca. dicē valeāt. Sic vos eſtimet hō vt miſtros xp̄i ⁊ diſpēſatores miſterioꝝ dei. Et Aug. ait ſicut d̓ peni. diſ. ij. c. j. dr̄: Sacerdos cui oīs peccator offerẗ: ⁊ ante quē ſtatuiẗ oīs languor in nullo eoꝝ iudicādꝰ ſit: q̄ ī alijs iudicare ē ꝓmptꝰ: Judicās. n. aliū q iudicādꝰ ē ſeipꝫ ꝯdēnat. ſo necīa ē ꝯfeſſori ſcia: qd̓ ſiliẗ ꝓbaẗ. q: nll̄s artē aliquā docē ṗſumit: niſi ṗus ipe didicerit: Difficilior āt ars nulla ē vtiqꝫ aiaꝝ regimie. vn̄ Gre. li. paſtoral. c. j. ait: Nlla ars doceri ṗſumiẗ iniſi ṗus itēta meditatōe diſcaẗ. Ab ipitis g̊ paſtorale magiſteriū: q̄ temeritate ſuſcipiẗ. Jta ⁊ qn̄ ē ars artiū. ⁊ regimē aiaꝝ: Quis cogitationū vulnera eē neſciat v̓herib̓ viſceꝝ ⁊ tn̄ ſepe q ṗcepta ſp̄ūalia cordis ñ noverūt ſe medicos profiteri nō metuūt: dūqꝫ pigmētoꝝ ſeu confectionū vī neſciūt: videri medici corꝑis nō erubeſcūt. Tertio neceſſaria ēt ē ꝯfeſſori Auctoritas q̄ poſſit abſoluē penitētes. Et l. h ille textꝰ g. xxxij. di. ca. ad h̓. a Gratiano denotaẗ d̓duci poſſe: vbi dr̄. Ceteꝝ ſciſmaticoꝝ ⁊ hēticorum ſacra. qm̄ ex̄ eccliaꝫ ſt: iuxta ſanctoꝝ pr̄um traditiones. ſ. Pellagij: Gregorij. Cipani: Auguſtini Hieronymi: Formā qdā ſacroꝝ ñ āt v̓tutis effectū hr̄e ꝓfitemur in q̄rū numero ſm̄ Hoſtiē. publici fornicarij ⁊ ſymoniaci ⁊ eoꝝ ſm̄ Tho. mediatores numeranẗ: ṗcipue cū ſymoniaci hodie ſint excōicati: tn̄ q: p ꝯciliū ꝯſtātiēſe ſtatutū ē vt a quocūqꝫ ſacerdote: Dūmodo ab ecclia tolleret ſacra recipianẗ oīa: h̓ ṗtermittē ſtatui Solū h̓ ſciēdū ē q cū ſacerdos nō ſoluit niſi ligādo ad aliqd faciēdū: ille ſolꝰ abſoluē pt vt dictū ē: Nā ſacerdotibꝰ dūtaxat io. hiſ. ij. c. dn̄s ait. Quoꝝ remiſſeritis pctā: remittūẗ eis: ⁊ q̄rū retinueritis retētā ſt. Et tn̄ nō oīs ſacerdos ſꝫ proprius q: lꝫ oībꝰ ſacerdotibꝰ clauis auctoritatis in ꝯſecratiōe tribuaẗ: non tamen executio eius

Proprius vo ſacerdos:vt habeẜ ex ſacris ⁊ ex
gloſa ſup cap.illo. Oīs vtriuſqȝ ſexus. Ille ē q
illius hȝ curā ordinariā vt papa:legatus:dioce
ſanus:epͥs:⁊ preſbr:parochialis:⁊ breuiẜ oīs il
le q ab iſtis hȝ iuriſditionē delegatā ideſt cui
aliqs p̄dictoꝝ cō/
mittit auctēm au/
diendi cōfeſſiōes
abſoluēdi ⁊ pnias
iniungendi. Ex q
bꝰ apparet ꝙ frēs
minores ⁊ p̄dica/
tores q a pleriſqȝ
ſummis pontifici
bus Alexandro ⁊
Clemente et alijs
auctēm hn̄t audiē
di ꝯfeſſiones ex p
miſſione epi irre/
quiſitis parochia
libus ⁊etiā ꝯvelle
epi:ſi ex malitia n̄
pmitterent ꝓprij
ſacerdotes vocari
debēt. Et ideo eſt
qꝛ illud qđ ꝯuenit
alicui ex ordina/
ria iuriſditōe:pōt
ipſe cōmittere al/
teri hn̄ti ordinem
ꝯuenientē ad illđ
offm̄ exequendū:
ſicut aq̄.ex̄ de ꝯſe.
eccle. apte notaẜ.
Illi ergo qui ꝯfitenẜ hn̄ti auctēm a papa etiam
inuitis epis ſi malitioſe ꝯtradicere voluerint:
⁊ ab eodē abſoluunẜ vere ſunt abſoluti: nec ea/
dem peccata in numero teneẜ ſuis parochia
libus ꝯfiteri hoc de predicatoribꝰ ⁊ minoribꝰ
patet in ex̄uaganti Jo.xxij.ca.q̄ icipit:Uas ele
ctionis ⁊c̄.

Feria.v.poſt dn̄icaȝ de paſſione. Euangelium ſm̄ lucam.vij.ca.

IN illo tem
pore. Ro-
gabat ieſū
qdā phari
ſeus vt mā
ducaret cum illo. Et in
greſſus in domū phari
ſei diſcubuit[a]. Et ecce
mulier[b] que erat in ciui
tate peccatrix vt cogno
uit ꝙ ieſus accubuit in
domo phariſei attulit
alabaſtrū vnguenti: et
ſtās retro[c] ſecus pedes
eius lachrymis cepit ri
gare pedes eius[d]. Et ca
pillis capitis ſui terge-
bat[e]: et obſculabaẜ pe-
des eius[f]: et vnguento
vngebat[g]. Uidēs aūt[h]
phariſeus qui vocaue-
rat eū: ait itra ſe dicēs[i]
Hic ſi eēt ꝓpheta ſciret
vtiqȝ que ⁊ qualis eſſet
mulier[k] que tangit euȝ
qꝛ peccatrix. Et reſpon
dens ieſus[l] dixit ad illū
Simon habeo aliquid
tibi dicere. At ille ait.
Magiſter dic. Et reſpō
dens ieſus dixit. Duo
debitores[m] erāt cuidaȝ
feneratori: vnus debe-
bat denarios qngētos
⁊ alius qnqḡinta. Nō
habentibus illis vnde
redderēt: donauit vtriſ
qȝ. Quis ergo eū plus
diligit? Rn̄dēs ſimon[n]
dixit. Eſtimo qꝛ is cui
plus donauit. At ille di
xit ei: Recte iudicaſti.

Expoſitio litteralis.

DE ſcripta ꝯfirmatōe doctrine xp̄i ſigno
viſibili in ſuſcipiēdo filiū vidue vt ſup̄
dictū eſt. Hic ꝯſequeẜ eiuſdē ꝯfirma/
tio deſcribiẜ facto in viſibili:videlȝ p remiſſio
nē peccatoꝝ mulieris peccatricis vbi pmo de
ſcribiẜ locus cū diciẜ. a Et ingreſſus domuȝ
phariſei diſcubuit. Legiẜ aūt xp̄s manducaſſet
cū peccatoribus vt eos ad pniam ꝓuocaret: vt
habeẜ Mat.ix.ca. Itē cū amicis familiaribus
vt eoꝝ deuotionē nutriret:vt dr̄ Jo.xij.cap.de
martha ⁊ maria. Itē cū cognatis pauperibus
vt eoꝝ inopiā ſuppleret vt hr̄ Jo.ij.ca.de nup/
tijs ſibi deficiente vino xp̄s aquā vertit ivinū.
Iteȝ cū phariſeis
ſupbientibꝰ vt eo/
rum ſupbiā ꝯfuta
ret: ꝓut hic hr̄ vt
videbiẜ ꝓſequēdo
b Et ecce mulier.
de peccatis plene
⁊ pfecte ꝯtrita.
c Et ſtans retro
qꝛ pre verecūdia
ſui peccati nō au/
diebat ſe aīponē.
d Lachrymis ce
pit rigare pedes
eiꝰ. ex quo pȝ ma/
gnitudo ꝯtritiōis
ex q̄ tātū fleuit ꝙ
poterāt lauari pe
des vniꝰ hois nu
dis pedibus in ce
dentis. e Et ca
pilis capiti ſui ter
gebat: qbus aň ad
cōpoſitionē vultꝰ
ſui fuerat abuſa.
f Et obſculabaẜ
pedes eiꝰ vt totuȝ
deo ſuiret i pnia
qcqd ex ſe deū cō
tēpſerat in culpa ſm ꝙ dicit Gregorius.
g Et vnguēto vngebat ad refrigeriū caloris
⁊ mitigationē doloris ex labore itineris.
h Uidens aūt. Hic ꝯſequenter poniẜ phari/
ſei indignatio: vnde ſubdiẜ. i Ait intra ſe di
cens. Hic ſi eſſet ꝓpheta verus ſciens occulta.
k Sciret vtiqȝ que ⁊ qualis eēt mulier. ⁊ per
ꝯn̄s nō pmitteret ſe tangi ab ea. l Et rn̄dens
ieſus ad ꝯfutationē illius: p hoc eni ꝙ reſpōdit
ad eius cogitationē que ſoli deo nota eſt oſten
dit ſe pluſq̄ȝ prophetā. m Duo debitores ⁊c̄.
Parabola eſt vt cōuenientius ꝯcludaẜ contra
phariſeum de reſpōſione: que ſubdiẜ cū diciẜ.
n Reſpondēs Simon ⁊c̄. qꝛ amor in huma/
nis plerūqȝ cauſaẜ ex precedētibꝰ donis: ⁊ per
conſequens maior amor ex maioribꝰ donis.

Et conuerſus ad mulie
rem dixit ſimoni: videſ
hanc mulierem? Intra
ui in domum tuã: aquã
pedibus meis nõ dedi-
ſti[a]. Hec autem lachry
mis rigauit pedes me-
os: ⁊ capillis ſuis terſit
Oſculum mihi non de-
diſti[b]: hec autem ex quo
ĩtraui nõ ceſſauit oſcu-
lari pedes meos. Oleo
caput meum nõ vnxiſti
Hec aũt vnguento vn/
xit pedes meos ꝓpter
quod dico tibi. Remit
tuntur ei peccata mul-
ta[c]: qm̃ dilexit multuʒ.
Cui aũt minus dimitti
tur minus diligit[d]. Di-
xit aũt ieſus ad illã. Re
mittuntur tibi peccata
tua[e]. Et ceperunt qui ſi
mul diſcũbebant dice-
re intra ſe. Quis ẽ hic
qui etiaʒ peccata dimit
tit[f]. Dixit auteʒ ad mu
lierem. Fides tua te ſal
uã fecit[g]. Uade in pace

Hic ꝯñter xp̃s redarguit phariſeum ex tri/
plici defectu pietatis cũ dr̃. Et ꝯuerſus ⁊c̃. ſeqꝛ.
a  Intraui in domũ tuã: aquaʒ pedibus meis
non dediſti: qui tamen erant feſſi ⁊ dolẽtes ex
labore itineris: ⁊ lucuoſi ſeu puluerizati eo qđ
ſine calciamentis
incedebat: Secun
do redarguit euʒ
ex defectu charita
tis cum dicitur.
b  Oſculũ mihi
nõ dediſti: quod ẽ
amicicie ſignum.
Tertio ex defectu
hilaritatis ſeu leti
tie que noĩe olei ꝯ
ſignaꝛ vt dicitur
pſa. xliiij. ꝓpterea
vnxit te deus deꝰ
tuus ⁊c̃. Tria autẽ
dicta reqruntur ĩ
hoſpitalitate gra/
tioſa. et ecõtra lau
dat mulierẽ ꝯ tri/
plici ꝑfectione op
poſita: vt pꝫ in littera ⁊ ideo concluditur.
c  Remittunꝛ ei peccata multa: videtur aũt ꝙ
deberet dici ꝯ̃rium: qꝛ ꝓmo ꝑdixerat donuʒ eẽ
cauſam amoris: Hic aũt econtrario infert amo
rem eẽ cãm doni. Dicendum ad hoc ꝙ ꝓmo in
parabola loquebatur modo humano vbi amor
ex dono cauſatur: ſed in applicatione parabo/
le ad ꝓpoſitum ꝯuertit ſe ad loquendũ de amo
re dei erga nos: q non ꝓcedit ex bonis meritis
noſtris: ſed magis cauſat bonum in nobis: ⁊ iõ
ꝯuenienter ꝯcludit dicto modo. vel aliter põt
dici ꝙ in peccato ſunt duo remittẽda. ſ. culpa ⁊
pena: Culpa aũt ex dei liberalitate remittiꝛ: cũ
nullũ bonum meritorium poſſit eẽ in nobis ſi/
ne gratia quã nõ habemus ante culpe remiſſio
nem: ſʒ habita gratia ⁊ culpa dimiſſa adhuc re/
manet pena remittenda: ad cuius remiſſioneʒ
facit bonum opus noſtrũ charitate informatuʒ
⁊ de hac remiſſione loquitur dñs: vñ ſequitur.
d  Cui aũt minus dimittiꝛ: minus diligit: Re-
miſſio aũt culpe aut nulla eſt: aut totalis ſimul:
ſed remiſſio pene fit ꝑ partes ⁊ non tota ſimul
de cõmuni curſu: lʒ aliquãdo fiat tota ſimul pro
pter feruorem penitentis ex liberalitate dei: et
hoc fuit in ꝓpoſito in hac muliere: ideo ſequiꝛ.

e  Remittunꝛ tibi peccata nõ ſolum q̃ʒtum ad
culpam: ſed etiam q̃ʒtum ad penam ex vehemẽ
ti amore dei ⁊ horrore peccati preteriti.
f  Quis eſt hic: hoc dicebãt qꝛ videbãt tm̃ hu/
manitatem exterius apparentẽ: ſed ignorabãt
deitatẽ ĩterius la/
tentem que poteſt
peccata dimittere
g  Fides tua te ſal
uam fecit: qꝛ iſta
fides fuit formata
charitate: ⁊ iõ fecẽ
habentem dignaʒ
vita eťna. De iſta
muliere peccatri/
ce dubitãt aliq do
ctores vtrum fue/
rit maria ſoror la/
zari vel alia: De q̃
dictũ eſt qđ ſenti/
ant doctores Joã
nis. xij. ca. Ibi eni
hoc poſui qꝛ priuſ
ſcripſi ſuꝑ ioãneʒ:
q̃ʒ ſuꝑ lucam.

## Expoſitio moralis.

Rogabat aũt illum qdam phariſeus ⁊c̃. ꝑ mu/
lierem peccatricem ad dñi pedes accedentem
ſignificatur quelibet ꝑſona vere de peccatis pe
nitens ⁊ contrita: ad quod reqritur ꝙ ſicut de/
um offendit ꝑ culpam: ita ſeruiat ei per penitẽ/
tiam ad Rom. vj. ca. Sicut exhibuiſtis mẽbra
veſtra ſeruire ĩmunditie ⁊ iniqtati ad iniqta/
tem: ita exhibere nunc ſeruire iuſticie in ſancti/
ficationem. Et ſic fecit mulier iſta: vnde dicit
Gregorius Omelia. xxv. Liquet fratres ꝙ illi
citis actibus ꝓus mulier intẽta vnguẽtum ſibi
ꝓ odore ſue carnis adhibuit: ꝙ ergo ſibi turpe
exhibuerat hoc iam deo laudabiliter offerebat
Oculis terrena cõcupierat: ſʒ hos iam ꝑ peni
tentiã ꝯterens flebat. Capillos ad compoſitio/
nem vultus exhibuerat: ſed iam cũ capillis ma
culas tergebat: Ore ſupba dixerat ſʒ pedes do
mini oſculans hoc in redemptoris ſui veſtigia
figebat. quot ergo in ſe habuit oblectamẽta: tot
de ſe inuenit holocauſta. Cõuertit ad virtutum
munera numerũ criminũ vt totuʒ ſeruiret deo
in penitẽtia quicqđ ex ſe deũ ꝯtempſerat in cul
pa. Uidens aũt phariſeus ⁊c̃. ꝑ iſtum qui xp̃m
notauit de ignorãtia ⁊ mulierem de immunditia

ſignificaꝭ hypocrita de ſua falſa iuſticia p̃ſumēſ
ꝛ alios ꝯtēnens q: ſicut dicit Joānes os aureū
vera iuſticia cōpaſſionem hꝫ:falſa v̇o indigna/
tionem ꝓpter quod iſte phariſeus arguitur de
pietatis omiſſione in modicis reſpectiue:ꝛ mu
lier cōmendaꝭ de
maioꝛibus valde
cum diciꝭ. Intra/
ui in domum tuā:
aquam pedibꝰ me
is nō dediſti: Hec
autem lachꝛymis
ꝛc̄. ꝓpter quod ſi/
bi dr̄. Remittunꝭ
tibi peccata tua.

Feria ſexta poſt domi/
nicā de paſſione. Euan
gelium ſm̄ Joannem.
xj. capitulo.

In illo tem
poꝛe. Colle
gerūt pon
tifices[a]: et
phariſei[b]:

Queſtio fratris antonij betontini. Ecce mu/
lier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit
qꝫ ieſus accubuiſſet in domum phariſei attulit
alabaſtrum vnguēti:ꝛ ſtans retro ſecus pedes
eius lachꝛymis cepit rigare pedes eius. Luce
vij. cap̄. ¶ Ex quibus oꝛitur queſtio:q̄ talis eſt
Utrum ad peccati deletioneꝫ neceſſaria ſit ip̄a
contritio. Ad quod breuiter dicitur ſm̄ duran
dum noſtrum. Quod cum peccatum ſufficiēter
per actum voluntatis poſſit naſci ſufficienter ꝑ
eūdem actum valet vtiqꝫ diſſolui. Nam vt Jo/
annes criſo. ait. ꝛ poniꝭ extra de regulis iuris.
Unūqdqꝫ qꝫ per quaſcūqꝫ cauſas naſcitur ꝑ eaſ
dem diſſoluitur: Cum igitur per actum volēdi
ad quem ſequitur delectatio peccatuꝫ naſcatur
per actum nolendi ipſiuſmet volūtatis ad quē
ſequitur triſticia: opoꝛtet vt deſtruatur: Sꝫ qa
ſm̄ beatum Auguſtinū. Nihil eſt magis in po/
teſtate hominis: q̄ꝫ ip̄a voluntas: deus autē nō
requirit ab homine: niſi qd̄ eſt in eius poteſta/
te. Hinc Eccleſiaſtici. xv. ſcribitur. Ante homi
nem vita ꝛ moꝛs bonum ꝛ maluꝫ quod placue/
rit ei dabitur illi: Propterea vt doctoꝛ nr̄ Fran
ciſcus ait: Illud eſt ſimpliciter neceſſariuꝫ ſine
quo finis vltimus haberi non poteſt: ſicut me/
dicina infirmis vł apoſtematis inciſio neceſſa
ria eſt: q: ſine ip̄a ſanitas non habetur. Cum fe
licitas igitur que finis vltimus ꝛ neceſſariꝰ hu
mani generis eſt que per peccatum amittitur
ſine contritione haberi non poſſit nemini du/
bium eſſe debet qꝫ ſumme neceſſarie eiuſdem
generis ſit ad ſalutem: quid enim vtilius ſacra/
mento baptiſmi: de quo Joan. iij cap̄. ſcribitur.
Niſi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ ſpiritu ſan/
cto non intrabit in regnum celoꝛum. ꝛ tamē in
adultis ſine contritione nō valet q: ficte bapti/
zatur qui de peccato non dolet: vnde ſacramen
tum: ꝛ non rem ſacramenti ſuſcipit. qui ficte ad
eum accedit. Quod preterea neceſſaria eucha/
riſtia cum Joā. vj. cap̄. dicat. Niſi manducaue/
ritis carnem filij
hominis: ꝛ biberi
tis eius ſanguineꝫ
non habebitis vi/
tam in vobis et ſi
quis ſine cōtritio
ne cōicaret: iudici
um ſibi manduca/
ret ꝛ biberet: Iuxͣ
illud apoſtoli ad
Coꝛin. xj. cap̄. Qui manducat et bibit indigne
iudicium ſibi manducat ꝛ bibit. Super hec oīa
quid maius dicere poſſumꝰ de paſſione domi/
ni: de qua vt Joānes. xj. ca. ſcribitur Cayphas
dixit. expedit vt vnus homo moꝛiatur ꝓ popu
lo ꝛ non tota gens pereat. Et luce vltimo cap̄.
dicitur. Opoꝛtebat pati xp̄m. Et tamen ſine cō
tritione non ꝓdeſt: Nam ſi oppoſitum tenereꝭ:
ita iudam ſicut latronem ſaluari potuiſſe crede
retur: quod non tm̄ dicere: ſed etiam cogitare
nepharium eſt Et pꝛopterea cum tantam vir/
tutem habeat ip̄a contritio ſine ea ꝑfecto nō va
let vlla confeſſio. Sepius enim ſine confeſſio/
ne ad ſalutem pꝛoficit ip̄a contritio. vnde pꝛo/
pheta dixi inquit. Confitebor aduerſum me. et
tu remiſiſti impietatem peccati mei. Et hieꝛo/
nymus ait. O lachꝛyma humilis: tua eſt poten
tia: tuum regnuꝫ: tribunal iudicis nō vereris:
cunctoꝛum tuoꝛum peccatoꝛum accuſatoꝛibus
ſcilentium imponis: non eſt qui te vetet acce/
dere: ſi ſola intras vacua nō redibis: magis cru
cias diaboluꝫ q̄ꝫ pena infernalis: Quid plura?
vincis inuincibilem: ligas omnipotentem: in/
clinas filium virginis: hec ille.

Expoſitio litteralis.

HJc pōitur effectꝰ ſuſcitationis lazari re
ſpectu abſētiū a bethania vt narrat Euā
geliſta: q: audita ſuſcitatōe lazari: ex ira
ꝛ īuidia moti ſūt phariſei ꝛ ſcribe ad tractādū
de moꝛte xp̄i. Et diuidiꝭ ī tres: q: p̄mo poniꝭ eo
rū ꝯgregatio. Scd̄o ꝯgregatoꝝ dubitatio: ibi ꝛ
dicebāt. Tertio dubij deꝭminatio: ibi: vnꝰ ex ip/
ſis. In p̄ma ḡ parte dicit ſic. a Collegerunt ḡ
pontifices. q erāt maioꝛis auctoꝛitatis ꝛ magis
ſtrati. b Phariſei: q videbanꝭ pꝛe alijs reli/

concilium aduerſus ieſum[a]: ⁊ dicebãt[b]. Quid facimus: quia hic homo multa ſigna facit[c]? Si dimittimus eũ ſic: omnes credent in eũ[d]. Et venient romani[e]: et tollent locum noſtrũ[f] ⁊ gentem[g]. Unus autẽ ex ipſis cayphas nomine[h] cũ eẽt pontifex anni illius[i]: Dixit eis[k]. Uos neſcitis qcq̃[l]: nec cogitatiſ: q2 expedit vobis[m] vt vnꝰ moriaꝶ hõ ꝓ populo[n] ⁊ ñ tota gẽs ꝑeat[o]

gioſi ex qbus factũ eoꝝ grauiꝰ erat. a Cõciliũ ſ. aduerſus ihm: h nõ ẽ ex textu ſ3 ſubintelligiꝶ. Circa h notãdũ ꝙ pontifices erãt de tribu leui Phariſei aũt ꝓ magna parte erãt de tribu Simeon: q2 ex illa tribu habuit oꝛtum ſecta phariſeoꝝ. Jõ in figura huiꝰ fuit ꝑdictum Geñ. penultio ca. Symeõ ⁊ leui fratres vaſa iniqtatꝭ bellãtia: in ↄſiliũ eoꝝ nõ veniat aĩa mea. b Et dicebãt. hic poniꝶ eoꝝ dubitatio qd facerent de ieſu: q2 habebãt rationes ad vtrãq3 partem: ex euidẽtia. n. miraculoꝝ cogebanꝶ dicere. c Quia h hõ multa ſigna facit: ⁊ ex h ſeqtur ꝙ erat ei credẽdũ magis q̃3 moyſi: q2 moyſes nõ tot nec tãta ſigna fecit ⁊ maxie qñ ppl's ei ꝑmo credidit: imo valde pauca: vt p3 Exo. iiij. cap. ⁊ ſic habebãt argumẽtũ ad ipm recipiẽdũ ⁊ honoꝛãdũ tanq̃3 verũ xp̃m: S3 ecõuerſo arguebãt ad ↄ̃rium dicẽtes. d Si dimittimꝰ eũ. ſic oẽs credẽt in eũ: ſicut in xp̃m: ⁊ q2 xp̃o debebaꝶ regimẽ ſcd'm ſcripturas quas male itelligebant de tpali regno. Jõ ex hoc videbaꝶ ſeq ↄ̃ Jmpatoꝛẽ romanũ rebellio q tũc tẽpoꝛis dñabatur eis: ⁊ h videbaꝶ ꝓpinqua occaſio deſtructiõis ciuitatis ⁊ tẽpli ꝑ poteſtatẽ romani impij q̃ tũc erat maxima: ⁊ iõ ipſi nõ habebãt aliquã virtutẽ reſiſtẽdi: ⁊ h eſt qd dꝛ. e Et veniẽt romani: in tãta foꝛtitudine ꝙ nõ poterimꝰ reſiſtere. f Et tollẽt locum nr̃m. i. ciuitatẽ ⁊ tẽplũ. g Et gẽtẽ captiuãdo pplm: ⁊ ſic p3 ꝙ paſſio timoꝛis ſubuertebat in eis iudiciũ rõnis. h Unus aũt ex ipſis. h poniꝶ dubij d̃terminatio: ⁊ diuiditur in tres: q2 ꝑmo dubiũ d̃terminaꝶ. Scd'o deꝶminatio appꝛobaꝶ: ibi: Ab illo autẽ die. Tertio a xp̃o euitaꝶ: ibi: Jhs aũt iam nõ in palã. Pꝛia in duas: q2 ꝑmo poniꝶ cayphe deꝶminatio: ſcd'o huius deꝶminationis expoſitio: ibi. h aũt a ſemetipſo. Jn ꝑma igiꝶ pte dꝛ ſic. h Unus ãt ex ipſis cayphas noĩe: nõ ẽ d̃ textu ſ3 itelligiꝶ nomẽ eiꝰ ꝓpter auctoꝛitatẽ ſui officij: vñ ſubdiꝶ. i Cũ eẽt pontifex anni illiꝰ: dñs aũt ꝑceperat tm̃ vnũ ſummũ ſacerdotẽ ⁊ ꝑ totã vitã ſuã quo moꝛiẽte aliꝰ ſibi ſuccederet: vñ ⁊ in moꝛte eiꝰ reuertebã

tur fugitiui. Sed ꝓpter cupiditatẽ ⁊ ambitionẽ ſuã ſtatuerũt inter ſe illi q erãt de gñe ſacerdotali: vt quolibet anno vnꝰ eẽt q illo officio fungereꝶ. Aliã aũt rõnẽ aſſignat Joſephus dicẽs. A tẽpoꝛe Herodis aſcalonite q auxilio romanoꝝ occupauit regnũ iudee. Sacerdotiũ cõiter vẽdebatur: ⁊ ſic ꝓpꝶ maius lucrũ tpale ſũmus ſacerdos frequenter mutabaꝶ. k Dixit eis. ꝓpꝶ auctoꝛitatẽ officij ſic loqutꝰ ẽ dicẽs. l Uos neſcitis qcq̃3: quaſi dicat ꝓ ma facie qlibet intelligẽs videre põt: ꝙ ad moꝛtẽ huiꝰ hoĩs debemus laboꝛare. Cuius rõ eſt q2 bonũ cõe magis eſt eligẽdũ q̃3 bonũ particulare: Si aũt homo iſte dimittaꝶ bonum totiꝰ ppli diſſipabiꝶ: vt p3 ꝑ ꝑdicta ſcd'm eoꝝ exiſtimationẽ: ⁊ ſic ↄcludit ꝙ ſit agẽdũ ad moꝛtẽ xp̃i: ẽt ſi ex pte eiꝰ nõ iueniatur aliq cã: ⁊ h ẽ qd dꝛ. m Expedit vobis. vt vnꝰ moꝛiaꝶ hõ. ẽt ſi eẽt bonꝰ ⁊ iuſtꝰ. n Pꝛo populo. i. ↄſeruatione ppli. o Et nõ tota gẽs pereat: ſ3 maneat in vita: hic p3 mãifeſte ꝙ paſſio ĩuidie ⁊ liuoꝛis ↄ̃ xp̃m ⁊ paſſio timoꝛis ꝑdẽdi gẽtẽ ⁊ locũ ſbuertebãt ĩ eis rõnis iudiciũ: q2 in nullo caſu licitũ ẽ ĩterficẽ inocentẽ: ꝑ h. n. nõ ꝓcuraꝶ bonũ cõe: ſ3 magis deſtruiꝶ: ꝓpꝰ qd dei iudiciũ factũ ẽ ꝙ illud malũ qd credebãt ꝑ moꝛtẽ xp̃i euadẽ. ſ. d̃ſtructionẽ loci ⁊ gẽtis quã ꝑ moꝛtẽ xp̃i ĩcurrerũt. q2 ĩ penã huiꝰ peccati romani ꝑ Titũ ⁊ Veſpaſianũ locũ ⁊ gẽtẽ deſtruxerunt: Anno q̃dtrageſimo ſcd'o poſt paſſionẽ xp̃i: ſicut fuerat a danielle ꝓphetatũ. ix. c. Et ciuitatẽ ⁊ ſãctuariũ diſſipabit ppl's cũ duce vẽturꝰ ⁊c. ⁊ a ſaluatoꝛe ꝑdictũ. Luc. xix. c. Uidẽs ciuitatẽ ſactã hierl'3 fleuit ſup illã. a Hoc ãt: h poniꝶ ꝑdicte deꝶminatõis expõ: q̃ qdẽ expõ ẽ Johis euãgeliſte oñdẽtis q̃lr cayphas ꝑdictã deꝶmĩationẽ ꝓtulit q̃3uis. n. eẽt ĩtẽtio cayphe dare ſolũ ↄſiliũ d̃ xp̃i moꝛte ꝓ tpalis ꝑicli euaſiõe circa ppl'3 iudeoꝝ: tñ v̄bũ eiꝰ ſic ſonabat ꝙ xp̃s erat moꝛiturꝰ ꝓ gẽte ⁊ pplo: ⁊ ꝙ ſic fuit ꝓlatũ: fuit ꝓphetia q̃dãmõ de futuro ꝙ xp̃s erat moꝛiturꝰ ꝓ ſalute ſpirituali: nõ ſolum iudeoꝝ ſed ẽt oĩum gẽtium q credituri erant in ipm: et hoc eſt quod dicitur.

a Hoc autem a ſemetipſo nō dicit ſupradictū
verbū hoc modo ꝓtulit:ſed ꝑ motionē alteriꝰ.
b Sȝ cum eſſet pontifex anni illius ꝓpheta-
uit:qꝛ ipſo ignorante dictum ꝓpheticum ꝓtulit:
non rōne ſui meriti.ſed dignitatis officij.

Hoc autez[a] a ſemetipſo
nō dixit:ſed cū eēt pon
tifex anni illius ꝓpheta
uit[b] qꝛ ieſus moriturus
erat pro gēte[c]:⁊ non tm̄
ꝓ gente[d] ſȝ vt filios dei
q̄ erant diſperſi[e] cōgre
garet in vnum[f]. Ab illo
ergo die cogitauerunt
vt interficerēt euȝ[g]. Je
ſus ergo iam nō in palā
ambulabat apud iude-
os[h]:ſȝ abijt in regionē[i]
iuxta d̄ſertū in ciuitatē
q̄ dicit̄ effrē[k]. ⁊ ibi mo-
rabat̄ cū diſcipl'is ſuis[l].

c Quia ihs erat
moriturus ꝑ gēte.
ſ.iudeoꝝ qꝛ multi
de iudeis ſaluati
ſunt ꝑ ipm̄.
d Et nō tm̄ ꝑ gē-
te ſua:ſed vt filios
dei:non qꝛ adhuc
eēnt filij dei actu:
ſed in potētia ad
actum reducenda
qꝛ erāt p̄deſtinati
e Qui erāt diſp
ſi ꝑ diuerſos ritus gentilium. f Cōgregaret
in.vnū.i.in vnā eccleſiam ex iudeis ⁊ gentilibꝰ
ꝯſtitutam vt eēnt vnum ouile:ſicut eſt vnꝰ pa-
ſtor vt ſupra dcm̄ eſt p̄cedenti ca. ꝓpter qd̄ Gē.
penultimo ca.dr̄ de xp̄o. Ipſe erit expectatio gē
tium nō ſolum iudeoꝝ:nec hoc eſt ꝯ̄ illud quod
dicit ſaluator Matth.xv.ca. Nō ſum miſſus ni
ſi ad oues que perierāt domus iſrael:qꝛ ibi ſal
uator loqtur de ſua miſſione ad p̄dicandum in
ꝑſona ꝓpria:ꝓpter quod apoſtolus dicit Rom.
xv.ca.Dico enim dn̄m ieſum xp̄m miniſtrū fu-
iſſe circūciſionis. g Ab illo.hic ponit̄ d̄ter
minationis cayphe approbatio:q̄ȝuis eſſet ini-
qua:qꝛ omnes alij erant affectati ad ꝓcurāduȝ
mortem xp̄i ſicut ⁊ ipſe:⁊ hoc eſt quod dicitur.
Ab illo ergo die cogitauerunt vt interfice-
rent ieſum:ſȝ enim ante habuiſſent voluntateȝ
interficiendi ipm̄ vt patuit ꝑ p̄dicta:tamē ex
ꝯſilio Cayphe diffinierunt hoc adimplere q̄ȝ
citius poſſent. h Jeſus aūt.hic ꝯ̄nter ponit̄
huius determinationis declinatio:nō eniȝ ad-
huc erat tēpus paſſionis xp̄i a deo p̄ordinatuȝ
⁊ iudei querebant occidere eum vt viſum eſt.
Ideo receſſit ad tempus:⁊ hoc eſt qd̄ dicitur.
h Jeſus aūt nō in palam ambulabat apud iu-
deos q̄ȝuis inter eos exiſtens poſſet eoꝝ impe
tum refrenare:tamen voluit ad tempus latere
⁊ ſe occultare rōnibus p̄dictis cap.viij.⁊.x.vbi
ſimiliter agitur de ſua occultatione.
i Sed abijt in regionem iuxta deſertum:vbi
pauci de iudeis erāt. k In ciuitatē que dicit̄
effrem:que erat parua ⁊ parum populata.

l Et ibi morabatur cum diſcipulis ſuis:vſq̄
ad tempus propinquum ſue paſſioni. Super
euangelium iſtud non habetur moralitas.

Queſtio fratris Antonij betontini. Expedit
vt vnus homo moriatur.Joannis.xj.cap.

¶ Sup̄ q̄bus ver
bis mouet̄ dubita
tio: Utrū cōtritio
ſit ꝯgruiſſima ad
deletionem culpe
mortalis. Ad qd̄
rn̄detur ſm̄ Fran
ciſcum q̄ ſic:⁊ ra-
tio talis eſt qꝛ ma
xima atq̄ penoſa
egritudo cura ma
xima idiget. hinc
Hieronymus ad
mr̄em ⁊ filiam in gallijs cōmorantes ait. Pu-
tride carnes ferro curantur ⁊ cauterio venena
ſerpētino curant̄ antidoto:qd̄ ſatis dolet maio
ri dolore expellitur:Cum aūt mortalis culpa:q̄
diuina maieſtas offenditur maxima ſit egritu-
do ſp̄ūalis ⁊ omniuȝ maloꝝ exceſſiua pena ma
xima ⁊ doloroſiſſima ad eius expiationem de-
betur:aliter ꝑfecto diuina iuſticia non ſeruare
tur. Nempe in.xv.ca.Deutero.ſcriptum eſt: ꝓ
menſura peccati erit plagarū modus:ſed cōtri
tionis triſtitiā eē omnium penarū maximam:
nō modo rōne ſed auctoritate ⁊ exemplo a do-
ctoribus demonſtrat̄:maxime igit̄ ꝯgruum eſt
vt mortalis culpa deleatur ex ꝯtritionis triſti-
tia:que ē dolor in volūtate i.diſplicentia pecca
ti p̄teriti:ſit oīum penarū maxima:qꝛ cū moro
pho teſte. Sit vltimū terribiliū ⁊ arduoꝝ:a tri
ſtitia ſepius ſupari videt̄:cū multi potius mor-
tem eligāt vt ipſam triſtitiaȝ fugiāt:ſicut in ple
riſq̄ monſtratum ē. Quos Auguſtinus in lib.
de ci.dei hiſtoria longa lataq̄ deſcribit:profe-
cto vt de multis aliquos rumo[.]ores cōmemo
rem:Saul ⁊ Sanſon mori citius voluere q̄ȝ tri
ſtitiā eos nimis affligentē ⁊ cruciantē longius
ſuſtinere. Quod ēt exēpla demonſtrant. Nā vt
Auguſtinꝰ ait in eodē loco:Sp̄ūs q̄ ſunt i pur-
gatorio ⁊ in inferno nulla ꝓrius afflicti ſūt pe
na acriori triſtitia:⁊ hoc fit vt q̄ delectantur in
culpa correſpondēti crucient̄ ⁊ ipſi pena:ꝓpte-
rea vt quod diximꝰ auctoritate ꝓbetur. Ricar.
de ſancto victore:Si pena inferni cum amore
poſſet aſſumi:pena nō eſſet ſicut ⁊ ſuperna glīa

eterna felicitas minime teneref: ſi a beatis cuz triſtitia poſſideretur.

Sabbato poſt dominicam de paſſione Euāgeliuz ſm̄ Joan. xij. ca.

In illo tempore. Cogitauerūt p̄ncipes ſacerdotuz:[a] vt Lazarū interficerēt: qꝛ multi ꝓpt' illū abibant ex iudeis ⁊ credebāt in Jeſuz. In craſtinū aūt turba multa:[b] que conuenerat ad diem feſtuz cuz audiſſent: qꝛ Jeſus venit. Hyeroſolimā[c]: acceperunt ramos palmaruz[d]: ⁊ proceſſerunt obuiā ei[e]: ⁊ clamabāt. Oſanna[f] benedictus q venit: i noīe domini[h]. Rex. Iſrael[i] Et inuenit. Jeſus aſellum: ſedit ſupeū[k]: ſicut ſcriptū ē[l]. Noli tiere filia ſyō[m]

Expoſitio litteralis.

be conſtanter accuſan-
tes eum. Spreuit autē
illum Herodes[m] eum
exercitu ſuo. Et illuſit
indutum veſte alba[n];
Et remiſſit ad pilatuꝫ[o]
Et fci ſt amici herodes
⁊ pilat⁹ i ipſa die[p]. Nã
antea inimici erãt[q] ad i
uicē. Pilatus aũt[r] ↄuo
catis ꝑncipib⁹ ſacerdo

a Nihil inuenio cauſe. ſ. criminis vl' mortis.
b In hoc hoīe. at illi inualeſcebant vt clamo/
ribus obtinerent ꝙ rõne non poterant.
c Cõmouit populum. q. d. turbauit pacem
cõmunem. d Incipiens a galilea. volebant
enim eum notare
qꝺ eſſet filis iude
galileo qui tempo
re natiuitatis xp̄i
inducebat popu/
lum ad rebellan/
dum imperatori
romano dicēs eē
illicitum iudeis ꝓ
fiteri aliquem do
minum terrenuꝫ:
ſed ſolum deum:
vt habet Act. v. c.
Ante hos dies exi
ſtit Judas galile⁹
q aduertit popu/
lum in die profeſ/
ſionis: ſed Pilat⁹
hoc falſuꝫ reputa/
uit eo qꝺ audie/
rat Chriſtum di/
xiſſe. Reddite q̃ ſt
Ceſaris Ceſari: et
que ſunt dei deo:
per hoc oſtendēs
ꝙ poterant eſſe ſubiecti non ſolum deo ſꝫ etiaꝫ
temporali domino. e Pilatus autem. Hic
conſequenter ponitur examinatio chriſti corã
herode.. e Pilatus autem audiens ꝙ ieſus
eſſet de galilea remiſſit eum ad herodem. Tũ
vt herodi deferret. Tũ quia credebat ꝙ libent
liberaret hominem qui eſſet de terra ſua ⁊ ma
xime innocentem. Sciendum etiam ꝙ lꝫ xp̄s
fuerit in bethleem natus vt dictum eſt. ij. cap.
Tamen dicitur hic de galilea: quia fuit ibi nu/
tritus ⁊ conuerſatus. f Qui ⁊ ipſe hieroſo/
limis erat his diebus. ſ. paſchalibus propter ſo
lēnitatem: quia iudeus erat. Pater enim ſuus
fecit ſe circũcidi tranſiens ad ritum iudaiſmi:
ſm qꝺ dicit Joſephus. g Herodes autem
viſo Jeſu gauiſus eſt. non propter deuotioneꝫ:
ſed propter curioſitatem. ideo ſubditur.
h Eo qꝺ audierat multa de eo. ſ. de miraculis
eius ⁊ doctrina. i Et ſperabat ſignuꝫ aliqꝺ.
ideſt mirabile factum.

k Uidere ab eo fieri. ſperabat etiam ab eo
audire quedam curioſa ⁊ inſolita. ideo ſubdit.
l Interrogabat autem eum multis ſermo
nibus. Jeſus autem in conſpectu eius noluit
aliquod ſignum facere: Tum quia herodes
erat indignus cuꝫ
moneretur ex cu/
rioſitate vt dicũt
eſt. Tũ quia Jeſus
voluit oſtendere
ꝙ predicator ver
bi diuini non de/
bet coram princi/
pibus oſtentatio/
nem ſuam quere/
re: ⁊ eiſdem ratio
nibus non reſpon
dit eius interro/
gationibus.
m Spreuit autē
Herodes. reputãſ
euꝫ idiotam ⁊ fa/
tuum.
n Et illuſit indu
tum veſte alba. ſic
enim illudebatur
tunc fatuus.
o Et remiſſit ad
Pilatum: vt eum
honoraret: ſicut ⁊
Pilatus ei detulerat.
p Et facti ſunt amici propter mutuam
reuerentiam factam: vt dictum eſt. Et ideo
ſequitur.
q Nam ante inimici erant ad inuicem pro
pter galileos quos Pilatus occiderat miſcens
ſanguinem eorum cum ſacrificijs: vt dictum
eſt. xiij. capi.
r Pilatus autem. Hic conſequenter deſcri
bitur Chriſti condēnatio iniuſta: vbi primo de
claratur Chriſti innocentia ex triplici confeſ/
ſione iudicis cauſam examinantis: et etiam
ex allegatione Herodis: qui ipſum non con/
demnauerat. Judei autem econtrario con/
tra verba iudicis ter clamauerunt: vt ob/
tinerent per importunitatem clamoris: quod
non poterant via rationis: propter quod Pi
latus finaliter declinauit a iuſticia condem/
nans ad mortem innocentem Jeſum incli/
natus ad hoc ex populi fauore quem querebat

tum ⁊ magiſtratibus:
et plebe dixit ad illos.
Obtuliſtis mihi hunc
hominem quaſi auer-
tentem populum. Et
ecce ego coram vobis
interrogans nullā cau
ſam inuenio ī homine
iſto ex his in quibus
euȝ accuſatis: ſed neq̧
herodes. Nam remi-
ſit illum ad nos[a]: ⁊ ecce
nihil dignuȝ morte ac-
tum eſt ei[b]. Emenda-
tum ergo[c] illum dimit
tam[d]. Neceſſe autē ha
bebat dimittere eis[e] p
diem feſtū vnum. Ex-
clamauit autem ſimul
vniuerſa turba dicens
Tolle hunc et dimitte
nobis Barrabā. Qui
erat propter ſeditionē
quandam factam in ci
uitate et homicidium
miſſus in carcereȝ. Ite
rum autem Pilatus lo
cutus eſt ad eos: volēs
dimittere Jeſum. At il
li magis clamabant di
centes. Crucifige: cru-
cifige eum. Ille autem
tertio dixit ad illos.
Quid enim mali fecit
iſte? Nullam cauſam
mortis inuenio in eo.
Corripiam ergo et di-
mittaȝ. At illi inſtabāt
vocib⁹ magnis poſtu-
lantes vt crucifigere-
tur. Et inualeſcebant
voces eoruȝ. Et Pila-
t⁹ adiudicauit fieri pe-
titionem eorum. Dimi
ſit autem illis eum qui
propter homicidium ⁊
ſeditionem miſſus fue
rat in carcerem quem
petebant. Jeſum vero
tradidit voluntati eo-
rum. Et cuȝ ducerent
eum[f] apprehenderunt
Simonem quēdam ci
renenſem venientē de
villa ⁊ impoſuerunt il-
li crucem portare poſt
Jeſum. Sequebatur
auteȝ illum[g] multa tur
ba populi ⁊ mulierum
que plangebant et la-
mentabantur euȝ. Cō-
uerſus autem ad illas

⁊ Ceſaris timore cuius indignationem formi/
dabat: eo q̇ð dixerant iudei in cōſpectu ſuo. Si
hūc dimittis non es amicus Ceſaris: vt habet
Joānis.xix.cap. ⁊ ex dictis patet littera paucis
exceptis que exponentur. Nam remiſſit illum
ad nos.i. ad nr̄m
iudicium: libri an
tiqui ⁊ correpti ſic
habent.
a Nam remiſſi
vos ad illum. ſcȝ
ad herodeȝ: vt pȝ
ex dictis: ⁊ littera
ſequens conſonat
cum dicitur.
b Et ecce nihil
dignū morte actū
eſt ei.ſ. coram He/
rode.
c Emendatum
ergo. ideſt verbe/
ratum.
d Illum dimit/
tam. liberū a mor
te. Sed cōtra hoc
videtur q᷑ pilat⁹
ſciebat ipſum eſſe
innocentem. quo
modo igitur vole
bat ipſum iniuſte
verberare. Dicen
dum q̄ volebat fa
cere vt iudei vidē
tes hanc flagella
tionem ſatiarētur
hac pena ⁊ ceſſa/
rent a morte Jeſu
querenda.
e Neceſſe auteȝ
habebat dimitte/
re eis ⁊c̄. Quia in
nocte paſche āge/
lus domini ſaluauit hebreos: ⁊ percuſſit primo
genita egyptiorum: ⁊ ideo in memoriam hui⁹
beneficij in ſolēnitate paſchali ſaluabant vnum
propinquum morti. Et aliquos condēnates ad
mortem interficiebant ad repreſentandum ſal
uationem hebreoꝝ: ⁊ interfectioneȝ egyptioꝝ:
⁊ iſtam conſuetudinem eis obſeruari impetra
uerāt ab imperatore romanoꝝ ſicut fuerat ob/
ſeruata anteq̄ȝ iudea eſſet romanis ſubiecta et
hoc eſt q̇ð dicit.
e Neceſſe aūt habebat ⁊c̄.
quia tenebatur obſeruare illud q̇ð erat conceſ/
ſum ab imperatore. Pilatus ſciēs Jeſum inno
centem volebat eum liberare per hanc viā p/
ponēs q̄ nō expe
diret eis dimitte/
re: niſi Jeſum aut
Barraban: cuius
liberationem cre
debat iudeos nul
lo modo preeligē
propter nimiā ip
ſius malitiā: ſȝ ipſi
nimio odio moti
contra Chriſtum
preelegerūt Bar
raban liberare pe
tētes Jeſum cruci
figi eo q̇ð erat mo
dus mortis aſpe/
rior ⁊ durior: cete
ra patent.
f Et cuȝ ducerēt
eū. Hic conſequen
ter ponit xpi ipſa
occiſio cum dicit.
f Et cū ducerēt
eū ad crucifigēdū
apprehenderunt
ſimonem ⁊c̄. quia
coegerunt euȝ ad
portandū crucem
vt citius venirent
ad locū crucifixio
nis: q᷑ ieſus vide/
bat nimis debili/
tatus ex afflictiōe
precedēti: et ideo
q̄uis ieſus primo
portaſſȝ crucē ſuā
tamen illi qui euȝ
ducebant acceperunt eam ⁊ poſuerūt ſupra Si
monem ratione predicta. ille autem inuite por
tabat. Tum quia hoc erat turpe. Tum quia for
ſitan erat diſcipulus ieſu. occultus tamen.
g Sequebatur aūt illū ⁊c̄. q᷑ aliqui ſequebant
eū. ad ipſum crucifigenduȝ: aliqui ad deridē/
dū eū: ⁊ aliq ad videndū ſpectaculuȝ: ⁊ aliq ad
plangendū: ſpālr mulieres deuote q̇b⁹ dixit.

a Filie hyeruſalem ⁊c̃. q2 non ſoluʒ alique de galilea ſecute fuerant ipſum ſed etiam aliq̃ de hyeruſalem ſibi adheſerant per deuotionem.
b Nolite flere ⁊c̃. non prohibet cōpaſſioneʒ ſed predicit aliam luctus cauſam in obſidione Hyeruſalem futurā per Titū ⁊ Ueſpaſianum: iō ſubditur.
c Quoniā ecce dies venient ſcʒ quadrageſimo ſcd̃o anno p⁹ paſſionem xp̃i in quo fuit dicta obſidio.
d Beate ſteriles q2 agiliores erunt ad fugiendum q̄ʒ grauide.
e Et ventres qui non genuerūt: q2 mulieres habētes pueros in obſidione fuerūt anxiate non ſolum pro ſe: ſed etiaʒ ꝓ pueris ſuis ⁊ alique pre famis anxietate ꝓprios pueros comederunt: ſm̃ q̄ dicit Joſephus li. de iudaico bello.
f Tunc icipient dicere montibus. ⁊c̃. q2 aliq̃ ꝑ horrore miſerie q̃ tūc fuit in populo iudeorum: dicebāt ad montes cadite ſuper nos.
g q2 ſi in viridi ⁊c̃. xp̃s h̃ dr̃ lignū viride faciēs fructuʒ: ⁊ per ɔ̃ñs in dignuʒ abſciſione ꝑ mortē: populus autem iudaicus hic dicitur lignum aridum infructiferum cum ⁊ per conſequens dignum abſciſione per mortem ⁊ conbuſtionem gehenne: que eſt pena extrema ⁊ maxima.
h Pater dimitte illis quia neſciunt quid faciūt: erāt.n. ibi aliq̃ ſimplices ⁊ illiterati a ſacerdotibus iudeoꝝ decepti: qui perſeq̄bantur xp̃m zelo legis: ⁊ ꝓ iſtis orauit xp̃s. Alij autem erant litterati. q̃ ipſum eſſe xp̃m probabilit̃ nouerāt ſeu agnoſcē debuerāt ſʒ ex odio ⁊ inuidia fuerūt excecati. ⁊ ip̃m ꝑſecuti ſ̃t vſq; ad mortē: ⁊ ꝓ illis nō orauit.
i Erat ſupſcriptō ſcripta ſup eū lr̃is grecis latinis ⁊ hebraicis q2 iſte erāt tres ligue ꝑncipales: vt oēs poſſent legē.
k Neq; tu times deū q̃ in eadē dānatiōe es q̃ſi dicat lʒ hoīes ñ timueris: tñ deberes deū timē maxie i articulo mortis in q̃ tu es iō ſb̃ditur.
l Qui in eadē dānatiōe es ſcilicet mortis.
m Momento mei dñe: magna fides huius latronis. q̃ nec ꝑꝑ acerbitateʒ pene quaʒ ſuſtinebat nec ꝑꝑ īfirmitatē carnis quā i xp̃o videbat cōfeſſionē vere ſidei omiſit.
n Cum veneris in regnum tuum: māifeſte patet q̄ð non loquebatur ð regno temporali: ſed eterno iō ſubditur.
o hodie mecuʒ eris in paradiſo: accipitur hic paradiſus ꝓ orto voluptatis nec pro celo empireo: ſed pro fruitione beata quā habuerunt ſancti patres in morte chriſti qui erant in lymbo detenti: ſtatim cuʒ eius anima deſcendit ad eos ⁊ eadem die illuc deſcendit

dixit Jeſus Filie hyeruſalem[a] nolite flere[b] ſuper me ſʒ ſup vos ipas flete: ⁊ ſup filios vr̃os: Qm̃ ecce veniēt dies[c] in quib⁹ dicetis. Beate ſteriles[d] ⁊ ventres q̃ non genuerunt[e] ⁊ vbera que nō lactauerūt. Tunc incipient dicere montibus[f] cadite ſup nos: ⁊ collibus operite nos Quia ſi in viridi[g] ligno hec faciunt in arido qd fiet? Ducebātur aūt ⁊ alij duo nequam cum eo vt interficerentur. Et poſtq̄ʒ venerūt in locū qui vocatur caluarie ibi crucifixerunt eum: ⁊ latrones: vnum a dextris alteruʒ a ſiniſtris. Jeſus āt dicebat Pater dimitte illis nō enim ſciunt qd faciūt[h] Diuidētes vero veſtimenta eius miſerunt ſortes. Et ſtabat populus expectans ⁊ deridebant eum principes cū eis dicentes. Alios ſaluos fecit ſe ſaluum faciat: ſi hic eſt chriſt⁹ dei electus. Illudebāt autem ei ⁊ milites accedētes ⁊ acetum offerentes ei dicētes. Si tu es rex iudeorum. ſaluum te fac. Erat autem ⁊ ſuperſcriptō[i] ſcripta ſup eum litteris grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis. Hic eſt rex iudeorum Un⁹ autem de his qui pendebant latronibus blaſphemabat eum dicens Si tu es chriſtus: ſaluum fac teipſum ⁊ nos. Reſpondens autem alter Increpabat euʒ dicens. Neque tu times deum[k]: Qui in eadem damnatione[l] es: ⁊ nos quidem iuſte: nam digna factis recipim⁹: hic vero nihil mali geſſit. Et dicebat ad Jeſum. Domine memēto mei[m] Cum veneris in regnū tuum[n]. Et dixit illi Jeſus: Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo[o]. Erat autem fere hora ſexta: ⁊ tenebre facte ſunt in vniuerſaʒ terram vſq; in horam nonam. Et obſcuratus eſt ſol: Et velum templi ſciſſum eſt medium. Et clamans vo-

anima illius latronis facta pricipes beate frui tionis. a In manus tuas comendo ſpirituz meum:oſtendens ꝙ in articulo mortis maxi/ me debemus recurrere ad eum.

b Videns autem Centurio:qui erat conſtitu tus ad cuſtodien/ dum chriſtum in cruce quouſqz ex/ piraſſet. c Qd factum fuerat ſcili cet miracl'a i chri ſti paſſione facta: vt pote terremo/ tus:ſciſſio petrarũ obſcuritas ſolis ſu per naturalis:⁊ ꝙ cum clamore ma/ gno expiraſſet:qd non poterat fieri virtute nature.

d Glorificauit de um.fidei confeſſio ne dicens.

e Vere hic hõ iuſtꝰ erat Matth. xxvij.dicitur vere filius dei erat iſte: Dicẽdum ꝙ vtrũ qz dixit Centurio Sed Matthęꝰ expreſſit vnũ Lucas aliud de altero tacendo.

f Percutiẽtes pectora ſua. penitentes ⁊ dolẽ tes de chriſti perſecutione: ⁊ iſti fuerunt qui a peritis decepti fuerant vt predictum eſt.

g Stabant autem omnes noti eius a lõge: cõ trarium videtur Joãnis.xix.capi.vbi dicitur. Stabant iuxta crucem ieſu mater eius ⁊ ſoror matris eius ⁊c. Reſpondit Auguſtinus qd nõ erant imediate iuxta illam propter turbam cõ primentem nec ita longe quin poſſent eum vi/ dere:ideo poſſunt dici fuiſſe longe ⁊ prope di/ uerſis reſpectibus.

h Et ecce vir. Hic deſcribitur deuota chriſti tumulatio que fuit ſolẽnis ⁊ precioſa licz mors fuerit ignominioſa:prout de vtroqz fuerat pro phetizatuz per Eſaiam ſicut plenius fuit decla ratum.Matthe.xxvij.capi.

i Decurio.ideſt exiſtens de curia ſcilicet preſi dis vel imperatoris.

k Hic non conſenſerat conſilio ⁊ actibus eo/

ce magna ieſu ait. Pater in manus tuas co/ mendo ſpiritum me/ um[a]. Et hec dicens ex/ pirauit Videns autez[b] Centurio qd factuz fu erat[c] glorificauit deum dicens[d]. Vere hic ho/ mo iuſtus erat[e]. Et om nis turba eorum qui ſi mul aderant ad ſpecta culũ iſtud. Et videbãt que fiebant percutien tes pectora ſua reuerte bantur[f]. Stabant autẽ omnes noti eius a lon ge[g] ⁊: mulieres q̃ ſecu te eum erant a galilea hec vẽdentes.. Et ecce vir[h] noie Joſeph q erat decurio[i] vir bonus ⁊ iu ſtus: Hic non conſenſe rat conſilio ⁊ actibꝰ eo rum[k]. Abarimathia[l] ci uitate iudee quia expe ctabat ⁊ ipſe regnum[m] dei. Hic acceſſit ad Pi/ latum[n] ⁊ petijt corpus ieſu.et depoſitum inuo luit[o] i ſyndone ⁊ poſuit eum in monumẽto ex/ ciſo[p] in quo nondum quiſpiam poſitus fue/ rat[q]

rum.ſ.aliorum iudeoruz chriſtuz perſequẽtiũ.

l Abarimathia. Jſta eſt ciuitas que vocata eſt ramata de qua fuit helchana pater Samuelis vt habetur primi Regum primo capi.

m Qui expectabat ⁊ ipſe regnum: non tem/ porale ⁊ terrenũ. ſed celeſte ⁊ eter/ num.

n Hic acceſſit ad Pilatum erat enim de curia et propter hoc habe bat maiorem ac/ ceſſum.

o Et depoſitum inuoluit i ſyndone ideſt in panno li/ neo:⁊ ex hoc ordi natum eſt ꝙ cor/ pus chriſti nõ cõ ſecratur niſi ſuper pannum lineum.

p Et poſuit eum in monumento ex ciſo.i in vno lapi/ de concauato: ſm quãtitatem homi nis; ne ſi ex pluribus lapidibus eſſet factum poſſet dici a iudeis ꝙ ſuffoſſa fuiſſet ſepul/ chrum ⁊ corpus inde ſublatum.

q In quo nondum quiſquam poſitus fue/ rat:ne poſſet dici ꝙ ille qui prius ibi fuiſſet ſe/ pultus reſurrexiſſet ⁊ non chriſtus.

### Expoſitio moralis.Luce.xxi.ca.

Appropinquabat autem dies feſtus azi/ morum ⁊c. Exponatur ſicut ſupra. Matthei. xxvj.⁊ Marci.xiiij. Intrauit autem ſathanas in iudam ⁊c. Jam ante intrauerat cuz eſſet fur ⁊ loculus habens:vt dicitur Joannis.xij. Sed tunc intrauit ad ipſum amplius poſſidendum ex quo patet qd in omni mortali peccato dya/ bolus intrat hominem vt ipſum de nouo poſ ſideat vel amplius quam ante. Et abijt ⁊ locu/ tus eſt cum principibus ſacerdotum ⁊c. Expo/

natur ſicut ſupra. Mathei. xxvj. Marci.xiiij.
Et ait illis deſiderio deſideraui hoc paſcha mã
ducare vobiſcum ⁊c̄. hoc eſt eucharistie ſacra/
mentum ꝙ nos per fidem ſpiritualiter man//
ducemus ⁊ ipſe manducat nobiſcum incorpo/
rando nos ſibi per iſtud ſacramentum: quod
alloquens Auguſtinꝰ dicit. Cibus es grandiũ
non mutaberis in me ſed tu me mutabis in te.
Cetera moraliter ſunt expoſita. Matthe.xxvj.
Facta eſt ⁊ contentio inter eos quis eorum vi/
deretur eſſe maior ⁊c̄. Similis contentio fre/
quenter fit in eccleſia pro dignitatibus obti/
nendis: ⁊ non ſolum inter ſeculares ſed etiam
inter regulares diuitias habentes: ſicut Canes
contemnunt ad optinendum os carnibus ⁊
medullis repletum propter quod viliores car
nibus videntur ⁊ religioſi mendicantes qui ꝓ
officijs preſidendi contendunt ꝙ nihil anne/
xum hebeant niſi miſeriam ⁊ laborem propter
quod ad repellendum talem ambitionem ſub
dit ſaluator. Sꝫ qui maior eſt in vobis ⁊c̄. vos
autem eſtis qui permanſiſtis mecum ⁊c̄. per//
manentibus enim firmiter in tribulationibus
cum ipſo diſponit fruitionem Beatam in cele
ſti regno. Ait autem dominus Symoni Ecce
ſathanas expetiuit vos ⁊c̄. Per hoc patet ꝙ
dyabolus fideles temptare non poteſt niſi ex
dei licentia: ſicut de ſancto Job: dicitur Job pri
mo capitu. Ut cribraret ſicut triticum: Ex hoc
habetur ꝙ dyabolus homines ſanctos magis
ſatagit cõcutere temptationibus q̄ꝫ alios. vn/
de refert Gregorius in dyalogo: qd̕ ille Dya//
bolus qui per magnum tempus Andream epi
ſcopum temptando de quadam muliere ipſuꝫ
ad hoc induxerat ꝙ illius mulieris tergum
blandiendo manu percuſſerat: plus fuit a ſuo
principe commendatus: q̄ꝫ ille qui procura/
uerat homicidium ⁊ alia multa mala. Ego au/
tem rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Cri
ſoſto. Non autem dixit rogaui vt non neges
ſed vt fidem non deſeras: nam ⁊ ſi paululum
agitandus ſis: habes tamen reconditum ſemẽ
fidei. Et tu aliquando conuerſus confirma fra
tres tuos Nam illi qui conſecuti ſunt a deo do
num miſericordie debent quantum poſſunt in
bono ceteros corroborare. Qui dixit ei dñe, te/
cum paratus ſum. Exponatur vt ſupra: Mat/
thei.xxvj.capitu. ⁊ marci.xiiij. Et dicit eis quã
do miſſi vos ſine ſacculo. ⁊c̄. quando miſſi fue/
runt Apoſtoli ad predicandum ſine prouiſio/
ne aliqua neceſſariorum fuit diuinitus eis lau
te prouiſum: quia nihil eis defuit: vt dicitur in
textu. quando vero relaxatum fuit illis ſibi pro
uidere de neceſſarijs in via paſſi fuerunt pe//
nurias multas: vt patet in actibus Apoſtolo//
rum ⁊ in legendis eorum: hoc autem fuit ad
dandum fiduciam pauperibus predicatoribus
exequendi conſtanter officium predicandi.
Uendat tunicam ſuam: vt emat gladium. Gla/
dius ſpiritus eſt dei verbum in ſacra ſcriptu/
ra contentum: pro quo emendo in ſacre ſcri/
pture ſtudio vendenda eſt tunica. ideſt exte/
riora bona ſunt exponenda: hec eſt illa marga
rita pro cuius emptione omnia ſunt venden/
da vt dicitur. Matthei.xiij. ⁊ ſapien.vij. Om
ne aurum in comparatione illius harena eſt
exigua. ⁊ tanquam lutum extimabitur argen/
tum in comparatione illius. Sacra vero ſcri/
ptura continetur in duobus teſtamentis. Ideo
ſubditur. Ecce duo gladij hic: ⁊ quoniam ſuffi/
ciunt ad omnem falſitatem fidei contrariam
deſtruendam ſequitur. Satis eſt. Et egreſſus
ibat ⁊c̄. ſcilicet ad locum vbi ſciebat traditorem
venturum ⁊ obtulit ṗmo ſpiritũ per feruorem ora
tionis ideo ſubditur. Et factus eſt ſudor eius
ſicut gutte ſanguinis decurentis in terram ex
feruore orandi: ⁊ ex apprehenſione imminen
tis tormenti. Et cum ſurrexiſſet ab oratione.
⁊c̄. exponatur ſicut Matthei.xxvj. capitulo ⁊
Marci.xiiij. vſque ibi. Et cuꝫ tetigiſſet auricu/
lam eius ſanauit eum ſicut preciſio auriculi ſer
ui pontificis ſignificauit in obedientiaꝫ iudai
ci populi ad chriſtum ſic eius ſanatio ſignifi//
cat eius obedientiam circa finem mundi: quia
tunc tanget chriſtus ſua clementia corda iu/
deorum. Comprehendetes autem eum ⁊c̄.
Exponatur ſicut matthei.xxvj.capitu. et mar/
ci.xiiij. vſqꝫ ibi. Et vt factus eſt dies. ⁊c̄. Expo/
natur ſicut matthe.xxvj.capitu. et marci. xiiij.
Et ait illis ſi dixero vobis non credetis mihi
⁊c̄. Homines enim in malis obſtinati verita/
tem dicentibus non credunt: nec interrogati
de veritate reſpondent: nec ad bonam perſua/
ſionem: a nequitia ſua ceſſant ⁊ tales erãt iſti.
Reſiduũ huius capituli exponatur. ſicut mat/
thei.xxvj.capi. ⁊ marci.xiiij.

Alia expoſitio moralis. Luce.xxiij.

Et ſurgens multitudo eorum ⁊c̃. ſequitur: hūc
inuenimus ſubuertentem gentem noſtraꝫ ⁊c̃.
Iſta contra chriſtum propoſita: erant ſimplici
ter falſa propter qđ Pilatus reſpondit. Nihil
inuenio cauſe in hoc homine: ſed hic eſt modꝰ
iniquorum ꝙ per mendatia querunt condem/
nationem iuſtorum: ex hoc etiam patet ꝙ ali/
quando iuſtius agitur in curia laycali: quā cle
ricali: Principes enim ſacerdotum chriſtum
condemnauerunt tanq̄ꝫ mortis reum quē Pi
latus pronuntiat innocentem ⁊ iuſtum: ⁊ ſic ho
die fit in pluribus locis ꝙ homicidie notorij
qui per ſecularem iudicem ſuſpenderentur: ꝑ
eccleſiaſticum iudicem in magnum populi ſcā
dalum liberentur. At illi in valeſcebant ⁊c̃. ſic
faciunt maligni querētes obtinere per clamo/
rem: ꝙ non poſſunt per rationem. Herodes aūt
viſo ieſu gauiſſus eſt ⁊c̃. per hoc autem ꝙ chri
ſtus coram Herode inceſtuoſo ⁊ homicida no/
luit facere miraculum: nec ſuis interrogationi
bus reſpondere ſignificauit ꝙ tales digni non
ſunt opera videre diuina nec eius habere re/
ſponſa. Spreuit autem illum herodes ⁊c̃. ſicut
hodie ſectatores chriſti a malis hoibꝰ ſpernū
tur: ⁊ ab eis fatui reputantur. Et facti ſunt ami
ci Herodes ⁊ Pilatus ⁊c̃. hoc fuit ſignum ꝙ iu
deorum principes ⁊ romanorum conuenirēt
in perſecutione chriſtianorum: cetera exponū
tur ſicut Matth. xxvij. ⁊ Mar. xv. vſqꝫ ibi Fi-
lie hyeruſalem nolite flere ſuper me: ſed ſuper
vos ⁊c̃. Secundum ſenſuꝫ litteralem fletus ad
quem induxit chriſtus mulieres fuit propter
miſeriam per romanos ſuper iudeos ventu/
ram: ⁊ illa miſeria figura fuit miſerie ſuper in
credulos venture per ſpiritus malignos pro
cuius euaſione flendum eſt ⁊ orandꝫ ante ter
minum huius vite. Ducebantur aūt ⁊ alij duo
nequā cum illo ⁊c̃. hoc ad litteram procuratuꝫ
fuit per principes iudeorum vt a vulgaribus
chriſtus participaſſe videretur in criminibus
eorum ⁊ ſic ipſi viderentur iuſte mortem eius
procuraſſe ⁊ ſic frequēter faciunt maligni que
rentes operire ſuam nequitiam per infamiam
iuſti. Et poſtq̄ꝫ venerunt in locum qui vocatur
caluarie ⁊c̃. Exponatur ſicut Mat. xxvij. cap. ⁊
Mar. xv. Jeſus autem dicebat pater dimitte
illis ⁊c̃. Beda. Neqꝫ putandū eſt cum hoc fru
ſtra oraſſe: ſed in eis qui poſt eius paſſionem
crediderunt ꝙ orabat impetraſſe. Notandum
ſane ꝙ non pro eis orat qui quē filium dei in/
tellexerunt magis crucifigere q̄ꝫ confiteri ma
luerunt ſed pro eis qui neſcierunt ꝙ fecerunt
zelum dei habentes: ſed nō ſm̄ ſciam vnde ſub
dit. Non enim ſciunt quid faciunt. Cetera ex/
ponātur ſicut Matth. xxvij. ⁊ Marci. xv. vſqꝫ
ibi. Unus autem de his qui pendebant latroni
bus ⁊c̃. per iſtos duos ſignificantur illi q. ꝓ pec
catis ſuis expiandis cum chriſto crucifigūtur
per profeſſionem in religione factam: ſed aliq
reuertuntur actu ⁊ ſi non habitu ad vitam ſecu
larem de quibus dicitur Roma. ſcđo capi. No
men dei per quos blaſphematur inter gentes
quia ſcandalizant ſeculares: ⁊ iſti ſignificantur
per latronem blaſphemantem. Alij vero pro/
feſſi crucem penitētie per pacientiam deuote
ſuſtinent ⁊ iſti ſignificantur per latronem chri
ſtum confitentem ⁊ eius gratiam poſtulanteꝫ:
propter qđ ſibi dicitur. Hodie mecum eris in
paradiſo: q: tales iam chriſti ſunt per gratiam
⁊ erunt per gloriam in futuro. Erat autem fere
hora ſexta ⁊c̃. Exponat̄ ſicut M atth. xxvij. ca.
⁊ Marci. xv. Pater in manus tuas comendo
ſpiritum meuꝫ: In hoc docuit nos ſemper deo
comendare ſpiritus noſtros quorum corpora
quotidie tendunt ad mortem ⁊ horam penitꝰ
ignoramus. Uidens autem Centurio qđ factū
fuerat ⁊c̃. per hoc autem ꝙ iſte gentilis confeſ
ſio fuit chriſtum tam clare ſignificata fuit glo/
rioſa confeſſio gentilium in eorum conuerſio/
ne ⁊ duritia iudeorum in infidelitate. Ambro.
Duriora ſaxis pectora iudeoruꝫ: iudex arguit:
credit miniſter. ꝓditor ſcelus ſuum morte cō/
demnat: elementa fugiunt: terra cōcutitur mo
numenta reſera ntur: iudeorum tamen auari/
tia imobilis atqꝫ duritia manent orbe cōcuſſo.
Et ecce vir nomine Joſeph ⁊c̃. exponatur vt ſu
pra. Matth. xxvij. capi. ⁊ Marci. xv.

¶ Queſtio fratris Antonij Betōtini. Calcaui
eos in furore meo: ⁊ cōculcaui eos in ira mea.
Iſai. lxiij. capi. Sup̄ quibus v̄bis querit̄. Utruꝫ
peccator ſumens corpus dni cum cōſcia pecca/
ti mortalis. ſumat corpus dn̄i dānabiliter. Ad
ꝙ rn̄det̄ ſm̄ Aſteranū qđ nemini dubium eſſe
dꝫ ꝙ qui cū cōſcia pcti mortalis ſuſcipit corpꝰ
xp̄i peccet mortaliter ⁊ in ſuā dānationē cōice
tur Proinde aplus. j. ad corin. xj. capitu. dicit.
Qui mādūcat ⁊ bibit indigne iudiciū ſibi mā
ducat ⁊ bibit. ſ. ꝯdēnationis. Quidā tn̄ docto/
res de conſcia diſtingunt dicētes. ꝙ aliqui ha/

bent conſcientiā ſcrupuloſaʒ ſicut illi qui ſanta/
ſtice ⁊ ſine aliqua ratione timent de leui dele/
ctatione ꝙ fuerit culpa mortalis:⁊ hi cōicādo
nō peccāt:qꝛ talis conſcia ſm Petrum de tarē
taſio tanꝗꝫ vana ⁊ erronea abici debet. De his
enim ſcriptum eſt. Illic trepidauerunt timore
vbi non erat timor:Tantū vexantur proculdu
bio tales timore nocturno ď quo propheta dic̄
Non timebis a timore nocturno. De nocte ti-
met homo magis errare ꝗꝫ de die: eo ꝙ ſepe
rupes ⁊ arbores credūtur hoſtes:ſic ⁊ talis cō
ſcientia timet ea q̄ nō ſunt timenda. Unde in ꝑ
ſona huius propheta dicit. Collocauit me ī ob
ſcuris ſicut mortuus ſeculi.i.ſicut qui in ſeculo
mortaliter peccant:⁊ anxiatus eſt ſuper me ſpi
ritus meus in me turbatū eſt cor meum.ſ.timo
re inani. Aliqui habent conſcientiaʒ dubioſaʒ
quādo ſcilicet timent probabili rationem mo/
roſam delectationem habui ł ⁊ mortale con/
ſenſum:hij cōmunicando.ſm eundem doctorē
mortaliter peccent:quia a contrario ſenſu non
trepidauerūt timore vbi erat timor. Aliqui ha
bent conſcientiam illuminoſam ideſt cecam qꝛ
habent peccatum mortale ⁊ non aduertunt qꝛ
conſcientiam non diſcurrunt. Unde ſciendum
ꝙ duplex eſt conſcientie examinatio ſcilicet ſuf
ficiens ⁊ deficiens. Nam primo aut quis cōica
turus diligentiſſime ꝯſciam ſuam examinauit
conſulēdo peritos ⁊ ſic cōicando non peccat:ſʒ
remiſſionem peccatoruʒ etiam ſi qua latent ac/
cipit ⁊ meretur. Aut probabilia examinauit ⁊
confeſſus eſt:⁊ ſic etiam meretur.licet non tan/
tum: aut virtute ſacramenti obligata peccata
ad memoriam reducit aut iſta negligenter fa/
cit:⁊ cum negligentia ſe preparauit ⁊ ſic morta
liter peccat ⁊ demeretur facit enim contra di/
ctum appoſtoli ad corrin.xj.capi.dicentis.pro
bet ſeipſum homo ſcilicet diligenter ⁊ ſic de pa
ne illo edat. Sed forte aliquis cōtradiceret.qꝛ
eccle.ix.capi.ſcriptū eſt. Neſcit homo an amo
re vel odio dignꝰ ſit. Et pſal.dicitur delicta qs
intelligit. Ad qď dicitur:ꝙ non requiritur ad
peccati periculum precauendū conſcientie cer
titudo:ſed probabilis coniectura: ⁊ cuius ſunt
quattuor ſigna ſm Ber. Primum eſt preteri/
torum peccatorum contritio. Secundum ē ab
ſtinendi propoſitum. Tertium bene operandi
promptitas: ⁊ Quartum diuini verbi deuota
auditio: Aliqui preterea habere videntur con/
ſcientiam fatuoſam quia contriti ⁊ non confeſ/
ſi ad ſacram cōmunionem accedunt. Circa qď
aduertendum eſt: ꝙ tales aut habent copiam
ſacerdotis:⁊ confitendi tempus ⁊ liberam lo/
quelam: ⁊ tunc mortaliter peccant ſine confeſ/
ſione cōmunicando.quia ad hoc ſacramentuʒ
ſm iudicium eccleſie requiritur ipſius eccleſie
reconciliatio. Proinde Ugo de ſancto victore
libro de poteſtate ligādi ⁊ ſoluendi capi.xxj.di
cit. Si abſqꝫ ſacerdotis abſolutiōe criminoſus
ad cōmunionem corporis chriſti accedit: pro
certo iudicium ſibi manducat ⁊ bibit: etiam ſi
eum ante multum peniteat:etiam ſi vehemen/
ter doleat ⁊ ingemiſcat. Aut vero predicta non
habet:⁊ tunc diſtinguendum eſt quia aut imi/
net aliqua neceſſitas celebrandi ⁊ cōmunican/
di timendo ſcandalum perſone proprie ſcilicet
populi vel iam ceperunt ſacrum miſterium: vł
amiſſerunt loquelam:⁊ tunc non peccant cōi/
cando contriti. cum propoſito confitendi: aut
non iminet neceſſitas ⁊ tunc peccant. Hic ſm
Ricar. Pet. ⁊ Scot. Et ſciendum eſt ſm eun/
dem doctorem ſubtilem diſtin.ix.quarti ſentē/
tiarum voluminis: ꝙ ſimiliter eſt intelligen/
dum de alio communicaturo: qui conſtitutus
ante ſacerdotem cum alijs communicandis re
cordatur mortalis criminis non cōfeſſi:poteſt
contritus communicare cum propoſito confi/
tendi. Aliqui habent conſcientiam prauoſam ⁊
damnoſam ſeu temerariam ſcienter ſumentes
corpus domini in peccato mortali qui propter
indignitatem incurrunt.xij. maledictiones.
Prima dicitur. Illaqueationis. ſecunda retri
butionis. Tertia ſcandalizationis. Quarta ex/
cecationis. Quinta incuruationis. Sexta irri/
tationis. Septima conturbationis. Octaua ab
breuiationis. Nona priuationis. Decima mul/
tiplicationis. Undecima indurationis: Duode
cima damnationis Quas omnes maledictio/
nes propheta pſal.lxviij.tangit dicēs. Fiat mē
ſa eorum coram ipſis in laqueū:⁊ in retributio
nem ⁊ in ſcandalū: Obſcurent oculi eoꝝ ne vi
deāt:⁊ dorſum eius ſemꝑ incurua. Effunde ſuꝑ
eos iram tuā.⁊ furor ire tue cōprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deſerta.⁊ ī tabernaculis
eorum non ſit qui inhabitet. Quoniam quem
tu percuſſiſti perſecuti ſunt:⁊ ſuper dolorē vul/
nerum meorum addiderunt. Appone iniqui/
tatem ſuper iniquitatem eorum:⁊ non intrent
in iuſtitiam tuam: Deleantur de libro viuen/
tium:⁊ cum iuſtis non ſcribantur.

Hic euāgeliſta incipit deſcribere mortē chriſti qualiter morte ſua iminente animos diſcipulorum confortauit ⁊ hoc exemplis: ⁊ diuiditur in tres: quia primo factum deſcribit. ſecundo eius vtilitas oſtenditur: ibi: Uenit ergo ad ſymonem. Tertio facti imitatio diſcipulis īdicitur: ibi poſtꝗ̄ ergo. Prīa in duas qꝛ primo premittitur affectus chriſti ad diſcipulos. Secūdo per factuʒ inſtruit ipſos. ibi: Et cena facta. Circa pmuʒ ſciendum: ꝙ affectus chriſti ad diſcipulos premittitur vt eius factum magis gratum oſtendatur: ⁊ diſcipuli eius libentiꝰ inuitentur. Dicit ergo ſic. a Ante diem feſtum. ſ. xiiij. luna in cuius veſpera imolabatur agnus: ⁊ incipiebat ſolennitas paſchalis que celebratur luna. xv. ⁊ ſm hunc modum in eccleſia ſolēnitates īcipiūt a veſpere precedentis diei. b Sciens ieſus: ex quo patet ꝙ non ignorans nec in voluntarius venit ad paſſionē: ſed voluntarie obediēs deo patri. c Quia venit hora eius: non fatalis: ſed a deo patre determinata ⁊ hoc conuenienter vt imolatio agni qui tollit peccata mūdi imediate poſt imolationem agni figuralis ſequeretur: ⁊ ſic veritas figure reſponderet. d Ut trāſeat ex hoc mūdo ad patrē. Dicebat enim paſcha iudeorum tranſitus: eo ꝙ tunc angelus tranſiuit per egiptum interficiens pmogenita egiptiorū: ⁊ filios iſrael ſeruans: ⁊ ſimiliter paſcha chriſtianorū dicitur tranſitus inꝗ̄tum filius dei tranſijt per mortem ad patrem: non per loci mutationem: ſed ſicut dicitur a patre veniſſe aſſumendo noſtram naturam mortalem ita dicitur ad patrem rediſſe faciendo ipſam conſortem fraterne glorie per īmortalitatem in ſua reſurrectione. e Cum dilexiſſet ſuos In quo oſtenditur eius dilectio gratuita: quia prior dilexit ſuos oſtēditur diſcreta qꝛ iſta dilectio ſpecialis non fuit ad omnes ſed ad ſibi familiares: cuius modi erant apoſtoli qui erant in mundo: oſtenditur hec dilectio neceſſaria quia apoſtoli remanētes in periculo mūdi indigebant conſolatione diuina.

Feria quīta in cena domini. Euangelium ſm Joannem xiij. capitu.

Ante diez feſtuʒ[a] paſche ſciēs ieſus[b]: q͞a venit hora eius[c]: vt tranſeat ex hoc mundo ad patrē[d]: cum dilexiſſet ſuos[e]: q erant in mundo in finem dilexit eos[f]. Et cena facta[g]. Cum dyabolus iaʒ miſiſſet in cor vt traderet eum iudas. Symonis ſchariothis[h] Sciens ieſus q͞r oīa dedit ei pater in manus[i]: Et quia adeo exiuit: ⁊ ad eū vadit[k]: Surgit a cena[l]: ⁊ ponit veſtimenta ſua[m]. Et cum accepiſſet lintheum precinxit ſe[n]. Deide miſit aquā i pleuī[o]. Et cepit lauare pedes diſcipulorum ſuoruʒ ⁊ extergere lintheo quo erat precintꝰ[a]

f In finē dilexit eos. i. ī morte ſpecialia ſigna dilectionis oſtēdit vl aliter. f In finē. i. pfectā aīam ſuaʒ pro eis ponēdo. g Et cena facta. hic deſcribitur imitabile fcm̄ ſcilicet lotio pedū diſcipulorum ſuorum vbi premittitur tempus ⁊ modus huius lotionis cum dicitur. g Et cena facta. non eſt intelligenda ꝙ eſſet totalit cōpleta qꝛ poſtea dicitur: ⁊ cum recubuiſſet: ſed erat facta: quātuʒ ad hoc qn̄ comederant agnum paſchalē: ⁊ tūc ſurrexit ad lauandum pedes diſcipulorum ſuorum: antequam daret eis ſui corporis ſacramētum ad deſignandum ꝙ ſpiritualis munditia requiritur ad percipiendum ipſum. h Cuʒ dyabolus iam miſiſſet in cor vt traderet euʒ iudas ſymonis ſchariothis: die enim precedenti cum vendiderat ſuggeſtione dyaboli hanc proditionem in cor ipſius mittentis. i Sciens Jeſus quia omnia dedit ei pater in manus ex quo patet in chriſto plenitudo ſcientie ⁊ poteſtatis. k Et quia a deo exiuit: ⁊ ad deum vadit hoc iam ſupra expoſitum eſt qualiter dicit filius a patre exiſſe: ⁊ ad deum redire.
l Surgit de cena: quia miniſtrare volebat.
m Et ponit veſtimēta ſua. i. deponit vt ɔueniētius ħ miniſteriū exhibēt. n Et cū accepiſſet lintheū pcinxit ſe: ⁊ ſic ad lauādū ſe optie diſpones nihil obmittēs de his que ad iſtud officiū requirūtur: ⁊ ſequitur ſimplex humilitatis miniſterium cum dicitur. o Deinde miſit aquā in peluim: proprijs manibus non per miniſterium aliorum. Et cepit lauare pedes diſcipulorum ſuorū lutoſos quia diſcalciati incedebant.

Uenit ergo[b] ad ſimonē petrū[c]. Et dic̄ ei petrꝰ Domine tu mihi lauaſ pedes? Rn̄dit ieſus: ⁊ dixit ei[d]. Quod ego facio: tu neſcis mō ſcies autē poſtea[e]. Dicit ei Petrus[f]. Nō lauabis mihi pedes in eternū Reſpondit ei ieſus: Si non lauero te: non habebis partem mecum[g] Dicit ei Symō petrꝰ[h]. domine non tantū pedes meos ſed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei ieſus[i]. Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet[k] ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis: ſʒ non omnes ſciebat enī quiſnam eſſet qui traderet eum Propterea dixit: ſi eſtis mūdi oēs.

a Et extergere lintheo: quo erat precinctus vt īpleret humilitatis officium. b Uenit ergo Hic oſtenditur huius facti vtilitas ⁊ oſtendiť: ex quadam cōcertatione petri ⁊ chriſti per qᵭ oſtenditur factum eſſe miſticum dicit ergo.
b Uenit ergo ad Symonē Petrū ſm̄ originē lotis alijs diſcipulis venit vltimo ad Petrum quia cepit lauare a minoribus ex hoc ſumens argumentum qᵭ dicitur. Cepit lauare pedes diſcipulorum ſuorū ⁊ poſtea ſubdit. venit ergo ad ſymonē per hoc oſtendēs ꝙ alij iam erāt loti: ſed nō videtur veriſimile ſi trāſiſſet per oēs alios quin aliqs eorum vel plures recuſaſſent hanc lotionem ſicut ⁊ Petrus: ⁊ ideo alij doctores dicūt: ꝙ primo venit ad Petrum ꝓpter qᵭ alij diſcipli audita reprehenſiōe petri hoc ꝙ recuſauerat eiꝰ lotionem non fuerunt auſi eam vltra recuſare ꝙ ergo dicit Euangeliſta cepit lauare: ⁊ poſtea ſubdit. Uenit ergo ad ſimonem: non eſt ꝑ hoc intelligendum ꝙ alios lauerit ante ipſum ſed euangeliſta prius dicit factum in generali poſtea explicat modum in particulari: incipiens a Petro. c Et dicit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes. i. lauare mihi peccatori tu q̄ es filius dei. q. d. nullomodo decet. ſimile verbum dixit in principio ſue conuerſionis. luc. v. capi. Exi a me domīe quia homo peccator ego ſum. d Reſpondit ieſus ⁊ dixit ei: ꝙ ego facio tu neſcis modo. q. d. non ſolum hoc facio ꝓpter pedum corporalium emundationem: ſed propter humilitatis eruditionem vt poſtea expoſuit ideo ſubdit. e Scies autem poſtea: ꝑ hoc autem deſignauit munditiam pedum ſpiritualium qui ſunt affectus mentis que requiritur in euchariſtie perceptione. f Dicit ei Petrus: non lauabis mihi pedes in eternum. i. nunq̄ȝ lauabis: ac ſi diceret ego nullo modo ſuſtinerem: licet autē petrus faceret hoc bono zelo tamen indiſcrete hoc faciebat qꝛ cū chriſtus non poſſet errare: non debebat voluntati eius aliquo mō reſiſtere. ideo ſequitur. g Reſpondit ei ieſus ſi non lauero ⁊c̄. Si hoc ītelligatur de lotione interioris macule littera eſt plana: quia nullꝰ pōt hēre partē cū chriſto ī gloria celeſti niſi lotus fuerit a macula peccati: ſm̄ ꝙ ſcribiť apocalipſis. xxj. c. Nihil coinquinatum intrabit in illam. Si autem intelligatur de lotione corporali pedū ipſius Petri eodē mō eſt dicēdum: ſicut enī aliquid eſt illicitum non ex natura ſua ſed tantum prohibitum: vt patet de eſu ligni vetiti ꝓmo parenti. Ita ſimiliter aliqd eſt neceſſariū ad ſalutem non ex natura ſui: ſed propter preceptū dei vel p̄lati: ⁊ ſic erat in ꝓpoſito. Ex q̄. n. xp̄us volebat ſimplr̄ hͦ facē petrus de neceſſitate ſalutis tenebať ſuſtinere. h Dicit ei ſymon petrus: dn̄e nō tm̄ pedes meos: ſed ēt manus ⁊ caput. Pedes ſunt ꝑs corporis inferior manus media caput ſuꝑior ⁊ iō ꝑ expſſionē iſtā partiū ītelligiť totū corpus: eſt igiť ſenſus. Dn̄e nō tm̄ ⁊c̄. q. d. ꝑuus ſuſtinerē a te totū corpꝰ lauari: q̄ȝ a te ſeꝑari qꝛ q̄ȝuis eēt durū Petro ſuſtinē ſeruitium magiſtri: tn̄ grauiꝰ erat ei ab ipſo ſeꝑari. Unde dr̄ in itinerario clemētis: Quocūq̄ȝ petrus memor erat dulciſſime ſocietatiſ xp̄i reſoluebatur in lachrimas ita qᵭ facies eiꝰ aduſta videbať ex frequēti lacrimaꝝ fluxu. i Dixit ieſus q̄ lotꝰ ē Per baptiſmū: ex q̄ accipiť ꝙ apoſtoli fuerūt baptizati a xp̄o vt dictū ē. iij. capi. a k Nō īdiget niſi vt pedes lauet: ſʒ ē mūdꝰ totꝰ ſi. n. aliqs baptizatꝰ ſtatī moriať euolat ad p̄riā nec īdiget aliq̄ alia lotiōe tn̄ ſi ſuꝑuiuat ēt ſecū indiget lotiōe pedū ſpūaliū. i. affectionū mētis qꝛ ex ꝯditiōe mortalis vite affectꝰ eiꝰ aliq̄ñ maculas ꝯhit ex tp̄alibꝰ: ſʒ nō īdiget lauare caput ideſt ptē cōtēplatiuā: q̄ ītēdit ſuꝑioribꝰ ⁊ eternis: nec manꝰ. i. vite actiue oꝑa q̄ ī eo ſſ ſcā. Talis āt erat petrꝰ ⁊c̄. alij apoſtoli excepto iuda ꝓditore ꝑꝑ qᵭ ſeqť. Et vos mūdi eſtis: ſʒ nō oēs.

Poſtq̄ ergo[a] lauit pe-
des eorum[a] accepit ve.
ſtimenta ſua[b]: ⁊ cum re
cubuiſſet iterum[c] dixit
eis. Scitis qd fecerim
vobis[d]. Uos vocatis
me magiſter ⁊ domine
⁊ benedicitis[e]. Sum et
enim. Si ergo ego laui
pedes veſtros domin⁹
⁊ magiſter[f]: ⁊ vos debe
tis alter alteri⁹ leuare
pedes[g]. Exemplū eniȝ
dedi vobis: vt quēad-
modum ego feci vo-
bis[h]: ita et vos faciatis

a Poſtq̄ ergo. oſtenſa facti vtilitate in pre/
dicta lectione: hic inducit diſcipulos ad imitā/
dum in opere. Et diuiditur in duas: quia p̄mo
propoſitum declarat. Scđo ꝯfirmat ibi: Exem
plum enim dedi. dicit ergo. a Poſtq̄ ergo
lauit pedes eorū.
In hoc oſtēdit cō
uenientem modū
docendi. In mo/
ralibus enim ma
gis mouent facta
q̄ verba: vt poteſt
haberi ex .x. Ethi.
⁊ ideo Chriſt⁹ do/
ctrine de humili/
tate premiſit hu/
militatis factum.
b Accepit veſti
menta ſua. ſicut enim ad miniſtrandū congrue
debent veſtimenta deponi: ita ad docendū ho
neſte debent aſſumi: ꝑpter qđ magiſtri ſolent
legere ī habitu ad hoc diſpoſito ⁊ ordinato ſ̄ꝫ
diſpoſitionem facultatis ſue. c Et cum re/
cubuiſſet iterū. quia ſedendo debet doctor do-
cere. doctrina enim non capitur niſi in quiete
propter qđ dicit̄. vij. Phiſi. Sedendo ⁊ quie/
ſcendo fit anima ſciens ⁊ prudēs. ſeq̄t̄ doctrīa.
d Dixit eis ſcitis quid fecerim vob̄. quaſi. d.
vos debetis h̄ ſcire: ⁊ in h̄ reddit eos attētos.
e Uos ⁊c̄. bene dicitis: ſum etenim. Aliqd. n.
dicitur bene dictum quando ꝯgruit dicenti et
rei dicte. Congruit autem rei dicte quando ſic
eſt in re ſicut dicitur. Congruit autem dicenti
quando dicens talem ſe oſtendit facto qualem
verbo: vtroq̄ꝫ modo apoſtoli bene dicebant q̄z
ſic erat in re ex parte Chriſti qui ſuperior erat
Similiter ex parte apoſtolorum qui facto ſe ei
ſubijciebant ſicut ⁊ verbo: propter qđ ꝯtra di/
ſcipulos ſolo verbo dicit̄ matth. vij. ca. Multi
dicent mihi in illa die. Dn̄e dn̄e nonne in no/
mine tuo ꝓphetauimus: ⁊ tunc confitebor illis
quia nūq̄ꝫ noui vos ⁊c̄. Ex predictis concludit
ſaluator intentum dicens. f Si ergo ego la
ui pedes ⁊c̄. multo fortius. g Debetis alter
alterius lauare pedes. per hoc intelligit̄ quod
libet pietatis ⁊ humanitatis officiū primo im
penſum ad qđ impendendū quilibet tenetur ī
caſu neceſſitatis: extra autem talem caſuȝ tenet̄
debito honeſtatis ⁊ congruitatis. h Exem/
plum. hic confirmat concluſionem predictam
exemplo dicens. h Exemplum enim dedi
vob̄ ⁊c̄. q. d. ad h̄ feci vt oñderē vos ad h̄ teneri

Expoſitio moralis.

¶ Ante diem feſtum paſche ⁊c̄. paſcha. i. tran
ſitus: ⁊ nos hoc fe
ſtum debite cele/
bramus cum a vi/
tijs ad v̄tutes: vel
a minoribus bōis
ad maiora tranſi/
mus: in fine dile/
xit eos. per ieſum
qui ſalus interpre
tatur bonus prela
tus ſignificatur: fi
nis aūt vltim⁹ eſt
beatitudo vera q̄
conſiſtit in clara dei viſione ⁊ fruitione ꝑfecta
lȝ autem omnis homo debeat ad hunc fineȝ ꝓ
ximū diligere: prelatus t̄n qui eſt xp̄i vicarius
tenet̄ erga ſuos ſ̄bditos hoc facere. Et fcā cena
ideſt preparata ſ̄m ſenſum litteralem: nō eniȝ
erat terminata cū xp̄s a cena ſurrexit ad lauan
dum pedes diſcipuloꝝ vt dicit̄ infra codeȝ. pȝ
ergo q̄ iudas cū alijs cenauit: ⁊ corporalit̄ lot⁹
fuit: ſic igit̄ exemplo xp̄i bon⁹ prelatus ſ̄bditis
etiam malis dȝ exhibere beneficia: vt quantuȝ
ī ſe eſt eos a ſua reuocet vita mala. Uenit ergo
ad Simonē petrū. ſ. p̄mo, put dictū fuit in expo
ſitione litterali: ⁊ in hoc xp̄s dedit exemplū ſu
perioribus illos inter ſubditos principalit̄ ho
norare: qui p̄mi ſūt etate vel dignitate. Dn̄e tu
mihi lauas pedes q. d. hoc indecens eſt: ⁊ nul
lo modo ſuſtinendū ⁊ in hoc petrus ſignificat
diſcipulū ignorantē indiſcrete loquentē de fcō
ſuperiori ſui cuius ignorat rōnem. frequenter
enim ꝯtigit q̄ illud indicat̄ irrationabiliſſimū
ab ignorante cām. qđ t̄n rōnabiliſſimū eſt ſ̄m
veritatē. h̄ aūt ꝯtigit in hoc caſu petro: ꝓpt̄ qđ
dicit ei xp̄s. Qđ ego facio tu neſcis mō: ⁊ ī hoc
docemur bn̄ iudicare ⁊ loqui đ factis ſup̄ioris
boni: niſi de eo qui ꝑmittente deo erraret ma/
nifeſte. Si non lauero te: non habebis p̄tē me/
cum. Chriſtus eni non lauabat pedes diſcipu/
loꝝ pro corporali mūdatione: ſed pro exemplo
humilitatis docēde: ꝑpter qđ dixit eis. Exem/
plum enim dedi vobis ⁊c̄. q̄ ergo dixit petro
ſi non lauero te non habebis partē mecū. Idē
eſt ac ſi dixiſſet partem mecū non habebis niſi

a me receperis exẽplũ humilitatis: ⁊ i h̃ facto
xp̃s dedit ſuperioribꝰ ⁊ prelatis exemplũ vere
humilitatis. Poſtq̃ꝫ ergo lauit pedes eoꝝ ⁊c̃.
per hoc oſtendens ꝙ ſupior poſt actũ humili/
tatis dꝫ reſumere debitũ exercetiũ auc̃tatis.

¶ Queſtio fratris Antonij betontini. Qui lo/
tus eſt non indiget niſi vt pedes lauet ⁊c̃. Ioã.
xiij. ca. Super quibus verbis querit: Utrum
hoc ſacramentũ eucharistie inter cetera ſubli/
mius habeat. Ad qđ breuiter rñdet ex ſñia il
luminati doctoris Franciſci de maronis. ꝙ h̃
ſacramentũ non tm̃ eſt ceteris ſublimiꝰ: ſꝫ etiã
celebrius atqꝫ dignius oĩbus ſacramẽtis noui
teſtamenti. Primo inquit eſt oĩbus ſublimius
reſpectu cauſe efficientis: qr efficit ⁊ ꝯſecratur
ab ordine ſacerdotali qui eſt dignior oĩbus or
dinibꝰ. lꝫ Dionyſius ponat ep̃atuꝫ vt includit
ſacerdotium: tñ ſacerdotiũ per ſe acceptũ vt di
ſtinguit ꝯtra ep̃atũ eſt incõparabiliter digniꝰ
ipſo: quia plus eſt conſecrare q̃ꝫ quicũqꝫ alius
actus. Nobiliſſimus aũt eſt actus ep̃alis inquã
tum talis confert ordines in q̃bus hoĩes conſe
crantur. In hoc v̊o ſacramento ꝯſecrat ille q ẽ
verus deus. Uñ beatus Franciſcus admirans
iſtam excellentẽ dignitatẽ monuit preſbros ꝑ
cunctis reuereri ⁊ ex tanti ordinis reuerentia
tenuit eſſe ſacerdos. Scđo eſt ſublimius reſpe/
ctu cauſe materialis: qr ſicut cetera ſacramenta
verſant circa corpus xp̃i miſticum. Ita iſtđ im
mediate circa corpus xp̃i veꝝ: qr hoc ꝯſecrat: ⁊
ideo ſicut corpus xp̃i veꝝ eſt digniſſimũ vltra
miſticũ: ita ⁊ hoc ſacramẽtũ queadmodũ theo
logia ꝑfert ceteris diſciplinis: qr circa digniꝰ
ſubiectuꝫ verſat. Tertio eſt ſublimius reſpectu
cauſe formalis: quia illa forma in qua excedit
nobiliſſima creatura: oportet ꝙ ſit nobiliſſima
ſicut homo excedit bruta ⁊ per illud ſolũ ĩ quo
natura humana eſt nobiliſſima: ſed ꝑ iſtud ſolũ
ſacramentũ hoĩes precellunt angelos ſm apo
ſtolum ad hebreos. xiij. ca. dicentem. Habemꝰ
altare de quo edere non habent poteſtatẽ niſi
qui tabernaculo deſeruiunt. Quarto eſt ſubli/
mius reſpectu cauſe finalis: qr cũ finis ſit ſemꝑ
melioris his que ſunt ad finem iſtud ſacramẽ/
tum ſm Diony. cap. iij. de angelica ierarchia.
Eſt finis omniũ ſpiritualiũ perfectionũ: ⁊ etiã
hoc ſacramentũ celeberrimũ ſuper oĩa ſacra/
menta: vñ eius officium celebratio vocat. In q̃
officio eccleſia militans imitatur eccleſiã triũ
phantem. Nam ſicut in celeſti ierarchia admi
niſtrandũ xp̃o inſtituti ſunt ſex ordines ange/
loꝝ: quia tres ſunt aſſiſtentes: ita in hac vita in
ſtituti ſunt ordines ad miniſtrandũ ſacerdoti
Sed primo eſt ibi preſens dum hoc ſacramen
tum conſecrat tota trinitas rõne tanti miracu
li que non p̃ot effici niſi a tribus ꝑſonis modo
mirabili: qui ſicut pater ⁊ filius ſunt vnũ prin/
cipium ſpiritus ſancti. Ita pater ⁊ filius ⁊ ſp̃us
ſanctus vnum ꝑncipium tm̃: extra de ſũma tri.
⁊ fide catho. cap. j. Scđo eſt ibi preſentia ſctoꝝ
angeloꝝ. Unde de conſe. diſt. ij. capi. Quid ſit.
Et ſunt verba Grego. in omelia paſchali. Quis
inquit fidelium habere dubium poſſit vt ĩ ipſa
ĩmolationis hora ad ſacerdotis vocem celos
aperiri: ⁊ in illo ieſu chriſti myſterio angeloꝝ
choros adeſſe. Tertio eſt ibi preſentia ſanctaꝝ
animaꝝ. Unde Hieronymus cõtra vigilantiũ
ſanctoꝝ reliquias reprobantem. Anime inq̃t
ſanctoꝝ in hoc comitantur xp̃m quocũqꝫ ierit.
iuxta illud Apoc. xiiij. cap. Hi ſequunt agnum
quocũqꝫ ierit. Quarto eſt ibi p̃ñtia matris xp̃i
que eſt regina virginũ atqꝫ virtutũ. Nam cum
ſm Hierony. officium aſſociandi xp̃m ſit offiñ
virginum: iuxta illud Apoc. Uirgines eni ſũt
⁊ ꝙ mater dei ſit virgo virginũ: ſeq̃t ꝙ ipſa in
hoc ſit ſpecialiſſima ꝑncipalis. Eſt inſuper hoc
ſacramentum dignius oĩbus ſacramentis re/
ſpectu quatuor priuilegioꝝ quoꝝ primũ dicit.
Gratie quia confert maiorem gratiã q̃ꝫ cetera
ſacramẽta. Unde Dionyſius đ angelica ierar/
chia cap. iij. dic̃. Euchariſtia eſt ꝑfectio ꝑfectio
num ſpiritualiũ ⁊ non eſt vltra ipſum laudan/
dum aliqđ ſacramentũ. Aliud priuilegiũ dicit
veritatis. nã in ceteris ſacramentis inuenitur
ſacramentũ frequẽter ſine re ſacramenti: vt cũ
quis ad ſacramentũ fictus accedit. hic aũt res
ſacramenti ſemꝑ eſt cũ ſacramento quãtũcũqꝫ
fictus conficiat: qr ſemꝑ eſt ibi ⁊ vere corpꝰ xp̃i
Aliud ꝑuilegiũ dicit durabilitatis: qr oĩa eccle
ſie ſacramenta habent naturaꝫ ſucceſſiuam cũ
tranſeant cũ vſu. Iſtud aũt ſacramentum eſt ꝑ
manens cũ tam diu maneat ſacrm̃ iſtud: vt no
tat in. iiij. ſententiaꝝ: quãdiu ſpẽs durare p̃ñt.
Aliud priuilegiũ dicit glorificationis: qr alia
ſacramenta ordinãt ad gratiam quã recte figu
rant. Iſtud aũt ſacramentũ ordinat ad gloriã.
quia dicit beatus Diony. đ angelica ierarchia
cap. j. Sicut noticia diuinaꝝ ſcripturaꝝ eſt no
bis imitatio future contemplationis in patria

ita ſumptio diuine euchariſtie eſt imitatio illius fruitionis beatifice: qꝛ ſatiabunt ſancti cum apparuerint in gloria eius: ⁊ ideo dicit ſaluator Luc. xxij. ca. Non manducabo illud donec impleatur ī regno dei. Sʒ ad maiorem veritatem habendā dici poteſt ꝙ lʒ baptiſmus excedat alia ſacramēta rōne efficatie. vñ Ambroſius dicit in libro ð ſacra. Per aquā baptiſmi tranſitꝰ ē ð terrenis ad celeſtia ſicut notat de conſec. diſt. iiij. c. p aquā. Et lʒ ꝯfirmatio excedat ratiōe cōferentis: qꝛ a ſolo epō confert: vt habet de ꝯſe. diſt. v. ca. manus. Et lʒ etiam matrimoniū excedat rōne ſigni qui ſignificat coniunctioneʒ chriſti ad eccleſiam per vnionē diuine ⁊ humane nature. extra de bigamis. c. debitū. tñ excedit euchariſtia rōe dignitatis ⁊ ſanctitatis vt his rationibus reſponſum eſt. Vñ de ꝯſec. diſt. ij. ca. Nihil. ſic dicit. Nihil in ſacrificijs maius eſſe pōt ꝙ̄ corpꝰ ⁊ ſanguis xpi: nec vlla oblatio hac potior eſt: ſed hoc omnes precellit. vñ ſaluator ipſe Paulo teſtante in epiſtola hodierna etiaʒ ait vbi dicit. Hoc facite in meam cōmemorationem ſcʒ glorie mee.

**In die veneris ſancti. Paſſio dñi noſtri Jeſu chriſti ſm Joā. xviij. c.**

In illo tēpore. Egreſſus eſt ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrentem cedron[a] vbi erat ortus[b] in quem introiuit ipſe et diſcipuli eius[c]. Sciebat autem ⁊ iudas qui tradidit euʒ locum[d]: quia frequenter ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Judas ergo[e] cū accepiſſet cohortem[f]: ⁊ a pontificibus ⁊ phariſeis miniſtros[g]: venit illuc cum laternis et facibus et armis. Jeſus itaqʒ ſciēs omnia[h]: que ventura erant ſuper eū

Expoſitio litteralis.

a Et egreſſus eſt ieſus. Hic incipit euangeliſta deſcribere Chriſti paſſioneʒ ⁊ mortē. ipſa aūt fuit p iudeos inchoata: ⁊ per gentiles conſumata: ſm ꝙ xp̄s predixerat Matth. xx. cap. Filius hoīs tradet principibus ſacerdotū ⁊ ſcribis ⁊ condēnabunt euʒ morte ⁊ tradent eū gentibus ad illudenduʒ et flagellandū ⁊ crucifigendū. Et ideo euāgeliſta primo oſtendit qd chriſtus a iudeis ſit paſſus Scōo quid a gentibus: ſequenti cap. ibi. Tunc ergo apprehēdit. Prima in tres qꝛ primo deſcribit euangeliſta qualiter xp̄s a miniſtris iudeoꝝ fuit captus. Scōo qualiter a miniſtris ſuꝭ pontificibus traditꝰ: ibi cohors quoqʒ. Tertio qualiter a pontificibus coram Pilato eſt accuſatus: ibi Adducunt ergo. Circa p̄mum euāgeliſta tria deſcribit. Primo proditionis locū. Scōo proditoris apparatū: ibi. Judas ergo. Tertio animū chriſti ad ſuſtinendū preparatū: ibi Jeſus itaqʒ ſciens. Circa primū ſciendum ꝙ chriſtꝰ iuit ad locū extra ciuitatem ad quē ſciebat venturꝰ pditorem vt oſtenderet ſe voluntarie ſubire mortem ⁊ hoc eſt qd̄ dicitur.

a Et egreſſus ⁊c. trans torrenteʒ cedron: nomē ē torrentis inter ciuitatem hieruſalem ⁊ montem oliueti currens per vallē ioſaphat que eſt iter media: ⁊ dicebatur ille torrens cedron eo qd̄ in ripa illius fluminis ſiue illius torrentis naſcebantur multi cedri. hic enim fluuius appellat torrens pro eo qd̄ ad modū torrētis quādoqʒ habebat aquas quādoqʒ non. b Vbi erat ortus. ⁊ ſic erat locus clauſus conueniens ad capiendum illos q eſſent intra ipſum. c In quē itroiuit ipſe ⁊ diſcipuli eius: offerens ſe captioni.

d Sciebat aūt ⁊ iudas qui tradidit eū locuʒ. Ex quo patet aptitudo loci ad capienduʒ xp̄m ex tribus. Prima quia erat a ciuitate remotus ⁊ ipſi querebant eum capere ſine ſtrepitu turbarum: vt habet Matth. xxj. c. Scōa quia erat clauſus. Tertia qꝛ pditori cognitꝰ. e Judas ergo. Hic deſcribit pditoris apparatus: quia iudas de tribus ſe muniuit. Primo de magna ſocietate forti ⁊ autentica. ⁊ ideo dicitur.

f Cum accepiſſet cohortem. ſ. militū a preſide aſſignatā vt ſi multitudo populi ſi ſupueniret non auderet īpedire eius pditorē ppt̄ iuſticie publice timorē. g Et a pontificibus ⁊ phariſeis miniſtros: vt ſic hēret fulcimētū ab vtraqʒ curia. ſ. pontificis ⁊ impatoris. Scōo muniuit ſe iudas de lumine contra noctis tenebras: qd̄ notat cum dicit. Venit illuc cū laternis ⁊ facibus. Tertio muniuit ſe de armis ſi vellent eius proditioni reſiſtere. Ideo ſubditur ⁊ armis.

h Jeſus itaqʒ. Hic oſtendit promptitudo xpi

ad patiendu3:⁊ hoc dupliciter. Primo q2 xp̄s
ſe non occultauit. Scd̄o q2 defenſionē ꝓhibuit
ſibi. Simon ergo. In prima igitur parte dī ſic.
b Jeſus itaq3 ſciens oīa q̄ ventura erant ſup
eum. proceſſit ⁊ dixit. a Quē queritis? ex q̄
māifeſte apparet
ꝙ ſua volūtate cap
tus eſt: quia cū ſci/
ret omnia futura
vt declaraẜ primo
cap. non ſe occul/
tauit ſed magis q̄
rētibus eū obuiā
fuit. b Reſpō/
derunt ei Jeſū ⁊c̄.
Uirtute enim di/
uinitatis factū eſt
ꝙ veniētes ad ca/
piendum eum pri
mo non cognoſce
rent eum etiā ſu⁹
diſcipulus qui ve
nerat ad tradēdū
eum. vnde ſubditur. c Stabat autem ⁊ Ju/
das qui tradebat eum cum ipſis. vt ꝑ hoc ſcd̄o
oſtenderetur ꝙ de voluntate ſua caperetur: q̄a
ex quo eis erat incognit⁹ poterat ab eis rece/
dere ⁊ non ſolum potuit hoc per predicta: ſed
etiam manifeſtius per hoc qd̄ ſubditur.
d Ut ergo dixit eis: Ego ſum abierūt retror/
ſum ⁊ ceciderunt in terram. Si enim vno v̄bo
omnes proſtrauit: de facili poterat ab eis eua/
dere. Omnia enim iſta facta ſunt ex diuina or
dinatione vt declararetur virtus diuinitatis
eius per predicta ſicut fragilitas humanitatis
per captionem eius ſequentem ⁊ paſſionem.
e Iterum ergo interrogauit eos. Quē queri
tis? Hoc fuit facto interuallo a prima interro/
gatione: quia q̄3diu iacuerunt proſtrati nō mo
uit ſe de loco vt magis declararetur ſua volun
taria captio. f Illi autem dixerunt Jeſum
nazarenum. non enim cognoſcere poterāt eu3
nec capere donec ipſe vellet. propẜ hoc ſb̄diẜ.
g Dixi vobis quia ego ſum. ⁊ tunc habuerunt
ipſius noticiam ⁊ capiendi eum licentiam ꝓpẜ
quod ſubditur. h Si ergo me q̄ritis ſinite
hos abire. quaſi dicat ſic do vobis poteſtatem
me capiendi: tn̄ meis diſcipulis nō facietis ali
quid mali. i Ut impleretur ſermo. quem
dixit precedenti capitulo.

ꝓceſſit ⁊ dixit eis. Quē
queritis[a]: reſponderūt
ei[b]: Jeſum nazarenum
Dicit eis ieſus: Ego ſū
Stabat autem ⁊ iudas
qui tradebat eum cum
ipis[c]. Ut ergo dixit eis
Ego ſum: abierunt re-
trorſum ⁊ ceciderūt in
terram[d]. Iterum ergo
iterrogauit eos. Quē
querilis[e]? Illi autez di
xerunt. Jeſum nazare-
num[f]. Reſpondit ieſus
Dixi vobis q2 ego ſu3[g]
Si ergo me queritis ſi-
nite hos abire[h]: vt iple
retur ſermo quē dixit[i]:
quia q̄s dediſti mihi:
nō perdidi queq̄3[k]. Si-
mon ergo petrus hn̄s
gladium eduxit eum[l] ⁊
percuſſit pontificis ſer
uum[m] ⁊ abſcidit auricu
lā ei⁹ dexterā[n]. Erat āt
nomē ſuo Malchus[o].

k Quia quos dediſti mihi non perdidi ex
eis queq̄3. Iſtud enim verbum dixerat Jeſus
non tn̄ de ſalute ſpirituali: ſed etiam de ſalute
corporali eorum: qd̄ patet ex hoc qd̄ inde exce/
pit iudam qui ꝑditus eſt ⁊ ſpiritualiter ⁊ cor/
poraliter: quia ex
deſperatione ſe ſu
ſpēdit: ⁊ ideo euā/
geliſta applicans
verbum predictū
ad perditionē cor
poralem nō diſce
dit ab intentione
littere.
l Simon ergo.
Hic oſtendiẜ ꝓm
ptitudo chriſti ad
patiendu3 ex hoc
ꝙ defenſione3 ꝓ/
hibuit: ⁊ hoc ē qd̄
dicitur.
l Simon ergo
Petr⁹ habēs gla
dium eduxit eum. Dicunt hic aliqui ꝙ diſcipu
li emerāt gladios de precepto domini ſm̄ qd̄
habetur Luc̄. xxij. capi. Ubi dicitur ſic. Et qui
non habet vendat tunicam ſuam et emat gla/
dium. Sed non eſt veriſimile: quia ibidem di
citur ꝙ apoſtoli ſtatim reſponderūt. Ecce duo
gladij hic: ⁊ Chriſtus dixit. Sufficit ex quo pa
tet ꝙ ante: illos gladios habebant. Dicendum
igitur ꝙ apoſtoli fuerunt piſcatores. in piſca/
tione autem oportet aliquando retia cum pa/
xillis affigere: et cum particis nauiculas diri/
gere. Et ideo in talibus ⁊ cum ſimilibus vſus
magnorum cultellorum eſt neceſſarius: ⁊ pro/
babile eſt ꝙ aliqui de apoſtolis illos cultellos
ſibi retinuerant ad ſcindendum cibaria: vnde
etiam cum illis carnes agni paſchalis conſi/
derant. Petrus autem vnum ex illis retinue/
rat apd̄ ſe: quia erat magis promptus ad defē/
ſionem ſui magiſtri q̄3 alij.
m Et percuſſit pontificis ſeruum qui magis
de prope ſe ingerebat ad Chriſtum capiendū.
n Et abſcidit auriculam eius dexteram. cre
didit eum magis ledere: ſ3 diuina ordinatiōe
ictus declinauit. Ideo ſequitur.
o Erat autem nomen ſeruo Malchus. Hoc
addit euangeliſta ad oſtendendum certitudi
nem rei geſte exprimendo propria nomina.

BIBLIOTECA
MARES

Dicit ergo ieſus. Petro Mitte gladiuz tuū i vaginam[a] Calicē quē dedit mihi[b] pater non vis vt bibam illum. Cohors autē[c] et tribunus[d] et miniſtri iudeorum[e]: comprehenderunt[e] Jeſum et ligauerunt euz[f]: et adduxerunt eum ad Annam primum[g]. Erat eniz ſocer Cayphe[h] qui erat pōtifex anni illi[i]. Erat autez Cayphas q conſilium dederat iudeis: quia expedit vnū hoiem mori pro populo. Sequebatur[k] autem Jeſum Symon petrus et alius diſcipulus. Diſcipulus. autez ille erat notus pontifici[l]. Et introiuit cū ieſu[m]: i atriū pontificis. Petrus aūt ſtabat ad hoſtiū foris[n]. Exiuit ergo diſcipulus qui erat notus pontifici: et dixit hoſtiarie: et introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla hoſtiaria[o]. Nūquid et tu ex diſcipulis es hominis illius? Dixit ille[p]. Nō ſū. Stabāt āt ſui et miſtri ad prunas[q]: qr frigus erat et calefaciebāt ſe. Erat āt cū eis et petr[9] ſtans et calefaciens ſe.

a Dixit ergo Jeſus Petro. mitte gladiū tuū in vaginā quaſi dicat: noli vti ad defenſſionem meam: et ſubditur cauſa. b Calicem quē dedit mihi paf nō vis vt bibā illū quaſi dicat paſſionem quā ordinauit pr celeſtis ad ſalutē humani generis debeo patienter tollerare: et iō nō eſt loc[9] deffenſiōis et reſiſtentie: ſed magis patientie.
c Cohors āt etc. Hic oſtēdif qualiter xps a miſtris cōprehenſus pontificibus preſentatur. Et diuidif in duas: qr primo deſcribitur ipſi[9] preſentatio Anne. ſecūdo Cayphe: ibi: Et miſit eum Annas. Pria i duas: qr prio ponif xpi preſentatio. Secūdo eius examinatio ibi pōtiſex ergo. Pria adhuc in duas: qr primo deſcribitur predicta pſentatio. Scdo incidēter ponitur Petri pria negatio ibi: Seqbaf āt: Dr ḡ ꝑ ſic. c Cohors quoqz. ſ. militum. d Et tribunus qui eis preerat: et illi erāt gētiles. e Et miſtri iudeoz. iſti erāt iudei. e Cōprehēderūt Jeſuz tex quo patet obſtinatio eorum quia non fuerunt auerſi a ſuo malo: viſis predictis ſignis: ſed magis atribuebant artibus magicis. f Et ligauerunt eum: quaſi morte dignum illi enim qui reputabantur morte digni iudicibus preſentabantur ligati. g Et adduxerunt eum ad Annaz primum. i. primo: cuius cauſa ſubditur. h Erat enim ſocer Cayphe: et quia eundo ad domum. Cayphe habebant tranſire ante domum iſtius anne: Jdeo introierunt domum eius propter eius reuerentiam. Alia autem ratio fuit qr pōtificatus tunc ſingulis annis vendebatur: et iſti duo ſcilicet annas et Cayphas quaſi alternatim erant pontifices: propter qꝫ quaſi pontifex habebatur quia anno precedēti fuerat Tertia ratio eſt vt chriſtus coram iudicibus pluribus cōdemnatus videretur magis dignus morte. i Qui erat pontifex anni etc. Jſta ſunt expoſita ſupra. xj. ca. k Sequebatur. hic interponif prima negatio Petri cum dicitur. k Sequebatur ieſuz Symō Petrus et alius diſcipulus. ſ. Joānes: licet enim iſti ſicut et alij fugiſſēt primo tamen poſtea ſecuti ſunt ieſum: quia feruentiores erant alijs. l Diſcipulus aūt ille erat notus pōtifici. Dūt aliq qꝫ Joānes erat peritus et pp hoc habebat noticiā cū pōtifice: ſꝫ hoc nō ē veriſimile: qr piſcator erat: et de naui a chriſto vocatus fuerat vt habetur matth. iiij. ca. Unde dicit Hieronym[9] in epiſtola ſua ad Paulinū: Joānes ruſticus piſcator indoctus etc. Et iō alia fuit cā ſue noticie cū pōtifice: qr forte miſſus a pre ſuo pluries portauerat piſces ad domū pontificis: vel forte quia aliqd de cognatiōe ei[9]: ibidē ſuiebat: vl aliqua alia cā quā aliq aſſignāt qr dſcēderat d dauid: et ſacerdotes habebant iſtas geneologias. m Et itroiuit cū ieſu in atriū pōtificis: pp noticiā pdictā pmiſſus ē itrare. n Petr[9] āt ſtabat ad hoſtiū foris: tanqꝫ icognit[9]: tū pp Joanē pmiſſus ē itrare. o Dixit ergo Petro ancilla hoſtiaria nūqd et tu ex diſcipulis es hois iſtius. quaſi dicat vr qꝫ ſic: vidit eum timide intrantem: et ſic habuit de eo ſuſpitionē. p Dixit ille nō ſum: ex quo pꝫ fragilitas Petri: qr ita cito negauit: et ad vocē vnius mulieris: q nō loqbatur acrif: nō. n. dicebat es tu de familia hui[9] pditoris vl aliqd hmōi: ſꝫ hois iſti[9] qſi cōpaſſiue loquendo. q Stabāt autem ſui et miniſtri ad prunas: qr frigus erat ſicut ſolet eē i maritio poſt mediam noctem. Et calefaciebant ſe etc.

BIBLIOTECA NAC. ... MADRID

Pontifex ergo interrogauit Jeſum[a]: de diſcipulis ſuis[b]: ⁊ de doctrina eius[c]. Reſpondit ei Jeſus[d]. Ego palam locutus ſum mundo[e]. Ego ſemper docui i ſynagoga ⁊ i templo: quo oēs iudei conueniunt: ⁊ in occulto locutꝰ ſū nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt[f]: quid locutus ſum ipſis? Ecce hi ſciūt que dixerim ego. Hec autem cum dixiſſet[g]: vnus aſſiſtēs miniſtrorum: dedit alapam ieſu dicens. Sic reſpondes pontifici[h]? Reſpondit ei Jeſus[i]. Si male locutus ſuꝫ teſtimoniū phibe de malo[k]: ſi auteꝫ bene: quid me cedis? Et miſit eum Annas[l] ligatum ad Caypham pontificem[m]. Erat autem Simon petrus ſtans[n]

a Pontifex ẟo. Hic ponit̄ Chriſti examinatio: ⁊ diuiditur in tres. quia primo ponit̄ dicta examinatio. Scd̄o xp̄i reſpōſio ibi. Dic̄ ei ieſus Tertio reprehenſionis reprobatio ibi. Hec cū dixiſſꝫ. Circa primū ſciendū ꝙ xp̄s reputabat̄ a iudeis ſeductor hoīuꝫ: ⁊ doctor falſe doctrīe. Jō examinatꝰ fuit ẟ vtroqꝫ. ⁊ hoc eſt qd̄ dr̄.
a Pōtifex ergo interregauit Jeſū dicit̄ autē Annas pontifex: nō quia eſſet actu: ſed quia ante fuerat: ⁊ quia ſocer erat pontificis vt dictum eſt.
b Et de diſcipul' ſuis. vt videret ſi poſſet eū deprehēdere ꝙ fuiſſent ab eo ſeducti.
c Et de doctrina eius. ad videndum ſi poſſent ibi inuenire falſitatem vel calūniam: ⁊ aliquod dictum contra legem. d Reſpondit ei Jeſus. Hic ponit̄ Chriſti reſponſio: De diſcipulis autē ſuis nihil boni poterat pro tunc bene reſpondere: qꝛ pn̄cipaliorem inter eos ſtatim audierat ipſum in ſua preſentia negaſſe. Sed de doctrina ſua reſpondit oſtendens ꝙ non erat mala vel ſuſpecta: ſed ſana: qd̄ declarat ex duobus. p̄mo ex loco cum dicit̄. e Ego palam locutus ſum mūdo ⁊c̄. doctrina ſuſpecta in angulis ⁊ lateribus docet̄ non in loco publico ⁊ ſacro. Secūdo ex auditorum teſtimonio dicens. f Interroga eos qui audierūt ⁊c̄. q. d. paratus ſum teſtimonium eoꝝ ſubire qd̄ eſt ſibi magis credibile q̄ꝫ meum dictum: q̄ꝫuis ẜm veritatem deberet eē contrariū. g Hec cum dixiſſet. Hic ponitur huius reſponſionis reprobatio: ⁊ hoc duplicit̄ primo per factū cum dicit̄ vnus aſſiſtens miniſtroꝝ dedit alapam ieſu. ſcd̄o per verbū. ſb̄dit̄.
h Sic reſpondes pontifici? Jlle enim miſter ſceleris accepit reſponſioneꝫ ieſu quaſi notaſſꝫ pontificem de ſtulta intorrogatione.
i Reſpondit ieſus. humilit̄ veritatē oñdēdo.
k Si male locutus ſuꝫ teſtimoniū perhibe ẟ malo. i. potes perhibere: ⁊ non me iniuſte percutere. Sed hic videtur ꝙ chriſtus fecit cōtra doctrinam ſuam: quia Matth. v. cap. dicit. Si quis percuſerit te in maxillaꝫ dexteram prebe ei ⁊ alteram: ipſe aūt hoc non fecit: ſed magis ꝑcutientem ſe correxit. Dicendum ꝙ illud xp̄i p̄ceptuꝫ plura alia que ibi ponuntur non dantur abſolute: ſꝫ qd̄ dic̄ Auguſtinus ſꝫ magis ẜm preparationē animi quia homo debet habere animum ſemꝑ preparatum ad hoc faciendum vbi videt̄ ħ expedire ad honorem dei ⁊ vtilitatem eccleſie: alś autem nō. imo aliquando expedit i iuriantibus reſpōdere ad ipſoruꝫ ⁊ alioruꝫ inſtructionem ſicut fecit hic Chriſtus ⁊ aliquando etiam ſcō reſiſtere ne det̄ occaſio malis male agēdi.
l Et miſit. Hic oſtenditur qualiter Chriſtus preſentatus eſt Cayphe ⁊ diuiditur in duas: qꝛ primo deſcribitur dicta preſentatio. Scd̄o ſubditur ſcd̄a ⁊ tertia Petri negatio ibi. Erat autē In p̄ma igitur parte dicitur ſic. l Et miſit eū Annas ligatum. quaſi morte dignum. ⁊ iam coram eo condēnatuꝫ. m Ad Caypham pontificem. Tum quia ad ipſum pertinebat principaliter Chriſti examinatio. Tum vt videretur xp̄s magis morte dignus: qui fuiſſet coram iudicibus pluribus condēnatus. Sciendum tñ ꝙ Joānes hic docet qualiter Cayphas eū examinauit: ⁊ qualiter Cayphas veſtimēta ſua ſcidit ⁊ qualiter in domo eius illuſus fuit: qꝛ alij̄ euangeliſte hoc ſufficienter expreſſerant
n Erat autem. Hic reuertitur euāgeliſta ad narrandum denegationeꝫ Petri: ⁊ ideo quaſi eadem verba que dixerat in fine prime negationis reaſſumit dicens. n Erat aūt ſimon petrus ſtans ⁊ calefaciens ſe. Jlle enim q narrat hyſtoriā aliquaꝫ quando occurrunt aliqua incidentia narranda interrūpit principale ad illud incidēs narrandū quo facto reuertit̄ ad propoſitum: ⁊ ſic facit hic Joannes vt dictū eſt.

a Dixerũt ergo ei. miniſtri ad ignẽ ſtantes. b Nunqd ⁊ tu ex diſcipulis ei⁹ es. q. d. ſic: q̃ videbant eũ timidum ⁊ pauidũ. c Negauit ille ⁊ dixit: Nõ ſum. De iſta ſcđa negatõe petri videt Matth. ↄtradicere Joãni: pmo quo ad pſonã q: dicit ipꝫ ſecũdo negaſſe ad vocem alteri⁹ ancille. Matth. xxvj cap. Joannes aũt hic dicit ꝙ fuit ad vocem miniſtroꝝ ad ignem ſtantiũ Scđo quo ad locum quia Matth. dicit ꝙ ſcđo negauit ĩ exitu ianue: h aũt dicitur ꝙ ſt. ĩs ad ignez, ꝓpter qđ ſciendum ꝙ principalis intentio euangeliſtarum erat exprimere trinam Petri negationez: ⁊ in hoc omnes conueniũt. De perſonis autem accuſantibus: ſeu de negationis loco non erat eorum principalis intentio ⁊ probabile eſt ꝙ multi ad verba Petri cõcurrebant circa eum: ⁊ conſimilia verba dicebant improperãdo ei magiſtrum ſuum: ⁊ ideo vnus euangeliſtarum exprimit vnam perſonã accuſantem: ⁊ alius aliam: ⁊ vterqꝫ dicit veruꝫ vnde ſm veritatem hiſtorie videtur ꝙ prima negatio ſit facta ad vocem ancille hoſtiarie Petro domum intrante. Secunda autem negatio facta eſt in domo: quia poſt primam negationẽ Petrus timuit diu ſtare inter iudeos propter quod voluit exire: et tunc alia ancilla videns eum timidum accuſauit eum: ⁊ ſimul in hoc concurrunt illi qui ad ignem ſtabant: ⁊ idem dicebant cuꝫ illa ancilla: propter quod matth. dicit ꝙ ad vocem ancille alterius negauit. Joannes autem miniſtros concomitantes exprimit. Item matth. dicit ꝙ negauit ipſo exeunte ianuam. ideſt volẽte exire: ⁊ ad hoc ſe preparante propter timorem vt dictum eſt: quia tamen adhuc erat in domo nec ab igne lõge receſſerat. Ideo dicit Joannes ꝙ prope ignem facta eſt illa negatio. Tertia autem negatio facta eſt multis eum accuſantibus ⁊ concurrentibus propter predicta tamẽ inter illos erat principalis vnus ſeruus pontificis ꝓpter quod Joãnes illum exprimit tacendo de alijs Ideo ſubditur.

⁊ calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei[a]. Nunqd ⁊ tu ex diſcipulis eius[b] es? Negauit ille. et dixit: Non ſum[c]. Dixit ei vnus ex ſeruis pontificis cognatus eius cui⁹ abſcidit Petrus auriculam[d]. Nonne ego te vidi in ortu cum illo[e]. Iterum ergo negauit Petrus[f]. Et ſtatim gallus cãtauit[g]. Adducũt ergo Jeſum a Caypha in pretoriũ[h]. Erat autẽ mane[i]. ⁊ ipſi nõ intro-

d Dicit ei vnus ex ſeruis pontificis cognatus eius cuius Petrus abſcidit auriculam. et ideo acrius ceteris eum accuſabat: ⁊ in accuſationis ſue aſſertionem adduxit factum precedentis: cum dicit.

e Nõne ego te vidi in orto cum illo: quaſi diceret ſic.

f Iterum ergo negauit. Aliqui autez volentes excuſare Petruꝫ dicunt ꝙ non negauit eum ex timore mortis: ſꝫ ex amore nolens ab eo ſeparari: ſꝫ ſemper eum ſequi. Sciebat enim ꝙ ſi diceret ſe eſſe diſcipuluꝫ eius ſtatim ab eo ſepararetur: ſed hoc eſt contra verba domini vt patet. xiij. cap. Ubi exprobrauit Petro dicens. Animaꝫ tuam pro me pones: quod fuit dictum negatiue: ſicut fuit ibidem expoſitum. ⁊ ideo patet ꝙ Petrus negauit timens animam ſuam exponere pro xpo ideo ſubditur.

g Et ſtatim gallus cantauit. ſ. ſecunda vice: quia poſt primam negationem ſemel cantauit gallus: ſed Petrus timore perturbatus nõ percepit ſm qđ fuit expoſitum. matth. xxvj. cap.

h Adducunt ergo. Hic oſtenditur qualiter Chriſtus a iudeis coram Pilato accuſatur: ⁊ diuiditur in tres: quia primo deſcribitur xpi preſentatio. Secundo, preſentati examinatio ibi. Exiuit ergo. Tertio innocentie Chriſti declaratio. Et cum hec dixiſſet. In prima parte dicitur ſic.

h Adducunt ergo Jeſum ad Caypham in pretorium. ideſt a domo Cayphe põtificis ad domum Pilati preſidis: ad quem pertinebat iudicium in cauſa ſanguinis: ⁊ locus vbi iudicabat pretorium vocabatur. Aliqui autem libri male habent ad Caypham: quia in domo Cayphe iam erat Chriſtus: nullus autem adducitur ad locum, in quo eſt. Propterea Joannes ſcripſit in greco hoc euangelium: et ideo pro veritate textus habenda: recurrendum eſt ad grecum: in greco autem ponitur a Caypha Et ideo ſequitur.

i Erat autem mane. Hoc addit euangeliſta

ad oſtendendum quantum iudei ſitiebant ſan/guinem Jeſu chriſti qui ſummo mane quere/bant ſententiam de eius morte dari.

a Et ipſi non introierunt in pretorium vt nõ contaminarentur ex ingreſſu homĩs gentilis ⁊ tamen non time/bant inquinari ex procuratiõe mor/tis innocentis: ex quo patet eorũ ſu/ſpitio vana.

b Sed vt manducarent paſcha. ideſt azimos pa/nes: qui a iudeis comedebantur in paſcha per ſepteꝫ dies. non eñi erat licituꝫ illos comedere niſi perſoniſ mundis. ⁊ ideo ꝑ paſchatis mandu/cationem non intelligitur hic comeſtio agni paſchalis: vt male dicunt greci: quia illud comederant die pre/cedenti. ſequitur.

c Exiuit ergo. Hic ponitur Chriſti examinatio: ⁊ hoc dupliciter: quia primo examinatur coram iudeis. Scd̃o ad partem ſine ipſis ibi. Introiuit iterum. In prima parte dicitur ſic.

c Exiuit ergo Pilatus ad eos foras. Judei enim non audebant domum eius ingredi ne ſuas obſeruationes violarent: ideo volens eis deferre exiuit ad eos.

d Et dixit quã accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? videbat enim ligatum in ſignum damnationis. ideo querebat de cauſa: quia non erat conſuetudo romanis condẽna/re aliquem: niſi prius audirent accuſationem ſuam: ⁊ haberet locum ſe defendendi: vt habe/tur Actuum. xxv. cap. Et ideo Pilatus qui erat iudex ab imperatore romano illuc miſſus vo/luit modum romanorum tenere.

e Reſponderunt ⁊ dixerunt ei. Si non eſſet hic malefactor ⁊c̃. quaſi dicãt nos eius factum diligenter examinauimus: ⁊ inuenimus eum dignum morte: ac ſi dicerent non oportet aliaꝫ examinationem facere.

f Dicit ergo eis Pilatus. quaſi indignatus ex eorum reſpõſione: quia ſciebat eos ipſum ꝑ

ierunt in pretorium vt non contaminarentur[a] Sed vt manducarent paſcha[b]. Exiuit ergo[c] Pilatus ad eos foras: et dixit. Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc[d]? Reſponderunt et dixerunt ei[e]. Si non eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus euꝫ. Dicit ergo eis Pilatus[f]. Accipite euꝫ vos: ⁊ ſm legem veſtram iudicate eum[g]. Dixerunt ergo iudei. Nobis non licet interficere quenquã[h]. Ut ſmo Jeſu impleret̃ quẽ dixit ſignificans qua morte eẽt moriturꝰ[i]. Introiuit ergo iteꝝ in pretoriũ pilatꝰ ⁊ vocauit ieſũ: ⁊ dixit ei[k].

inuidiã tradidiſſe: vt habetur matth. xxvij. ca.

g Accipite eum vos ⁊ ſm legem veſtram iudicate. quaſi diceret ſi ſufficit veſtra examina/tio ſufficiat ⁊ veſtra ſententia. Sciendum eniꝫ ꝙ romani aliqua minora iudicanda dimiſerãt iudeis: ſed nõ po/terant pro talibus inferre penã mortis: quia romani retinuerãt ſibi cãꝫ ſanguinis: ⁊ ideo per hanc reſpon/ſionem inhibebãt inferre xp̄o mor/tem. Ipſi autẽ nõ poterant vitã eiꝰ ſuſtinere: et ideo renuerunt hoc accipere dicentes.

h Nobis nõ licet interficere quẽꝙ̃. ſi enim potuiſſent dare mortis ſen/tentiam libenter iudicium accepiſſent.

i Ut ſermo Jeſu impleretur quem dixit ⁊c̃. Chriſtus enim predicens mortem ſuam apo/ſtolis matth. xx. cap. Dicit ꝙ a principibus ſa/cerdotum traderetur gentibus ad illudenduꝫ ⁊ crucifigẽdũ. ⁊ hoc fuit impletũ ꝑ hoc qḋ renuerũt iudiciũ: et dimiſerũt ipm pilato q erat gẽtilis iudicandũ: ⁊ ſniẽ executionẽ ſuis militibꝰ.

k Introiuit ergo. Hic ponitur examina/tio Chriſti in ſecreto: ⁊ diuiditur in tres: quia primo ponitur Pilati interrogatio. Scd̃o xp̄i roſponſio ibi. Reſpondit Jeſus. Tertio Pilati obiectio ibi: Dixit itaqꝫ. Circa primum ſci/endum ꝙ iudei cum tumultu irrationabili pe/tebant mortem Chriſti: propter quod Chriſtus non reſpondebat: ſm illud Eccleſiaſtici. xxxij. Ubi non eſt auditus non effundas ſermonem propter hoc matth. ⁊ mar. dicunt ꝙ cum ac/cuſaretur a principibus ſacerdotum nihil re/ſpondit: propter quod Pilatus intrauit preto/rium qḋ erat in domo: vt ibi Chriſtum magis pacifice examinaret extra tumultum iudeoruꝫ qui non audebant intrare pretorium vt dictuꝫ ẽ xp̄s ꝯ tribꝰ fuerat accuſatꝰ corã eo: vt hr̃ Luc. xxiij. c. Huc iuenimꝰ ſbuertentẽ gentẽ nr̃am: ⁊ prohibẽtẽ tributa dari Ceſari: ⁊ dicẽtẽ ſe xp̄m regem eſſe. Pilatus autẽ de duobus p̄mis non

curauit inquirere:quia de primo ſcꝫ de ſubuerſione obſeruationum legalium non curauit: vtrũ eſſet verum vel falſum: quia non erat iu/deus:ſed gentilis. Scd̃m cognouit eſſe falſum per famam publicam:quia audierat xp̃i reſpõ/ſionez qua iudeis de hac materia reſponderat. Mat. xxij.cap. Reddite que ſũt Ceſaris ceſari ⁊c̃. ſed de tertio qd̓ videbat̃ eẽ cõ/tra honorem im/peratoris inquiſiuit.ſ.de regno: qa Imperatores ro/mani nomẽ regiũ a iudeis abſtule/rant:vt frangerẽt eoꝝ ſuperbiam:et tollerent rebellandi occaſionem: et ideo q̃ſiuit a xp̃o.

Tu es rex iudeorum[a]. Reſpõdit Jeſus[b]. A temetipſo hoc dicis[c]: an alij dixerunt tibi de me. Reſpõdit pilatus: Nũquid ego iudeus ſuꝫ[d]? gens tua: et pontifices tui tradiderũt te mihi[e]. Quid feciſti[f]? Reſpondit Jeſus[g]. Regnũ meum non eſt de hoc mundo[h]: ſi ex hoc mundo regnum meũ eẽt miniſtri mei[i] vtiqꝫ decertarent: vt non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum nõ eſt hinc[k]. Dixit itaqꝫ[l] ei Pilatus. Ergo rex es tu[m]? Reſpondit Jeſus[n]. Tu dicis: quia rex ſuꝫ ego[o]. Ego ĩ hoc natus ſum[p]: et ad hoc veni in mundum[q] vt teſtimonium perhibeam veritati[r]. Omnis qui eſt ex veritate[s]:

a Tu es rex iudeoꝝ.q.d. Hoc eſt veꝝ qd̓ tibi imponit̃.ſ.qd̓ velis tibi vſurpare regnum?
b Reſpondit Jeſus. Hic ponitur Chriſti re/ſponſio in qua ꝑmo examinauit Pilati inter/rogationẽ dicens. c A temetipſo hoc dicis an alij ⁊c̃.q.d.concepiſti hanc opinionẽ de me per teipſum. d Reſpondit Pilatus: Nũqd ego iudeus ſum?q.d. ex me non concepi: quia non ſum iudeus ⁊ ſic non poſſum inueſtigare ex libris iudaicis quis debeat eſſe rex eoꝝ: ſed hoc ad peritos legis pertinet.ideo ſubditur.
e Gens tua ⁊ pontificens tui tradiderunt te mihi.accuſantes te ſuper hoc. f Quid feciſti? quaſi.d. videt̃ ꝙ tu ſis in aliquo culpabilis: ex quo illi qui ſunt de gente tua ⁊ tante auc̃tatis ſicut ſunt pontificens te accuſant. g Reſpon/dit ieſus. Examinata iterrogatõe Pilati: ieſus primo reſpondit ad queſtionẽ ꝑmo factam: de vſurpatione regni temporalis. h Regnum meũ non eſt de hoc mũdo. non enim negat ſe eẽ regem:ſed magis concedit:qꝛ ſꝫm veritatem ipſe erat rex regum. Verũtñ ad tollendũ occa/ſionem calũnie temperat ſuam reſponſionem dicens: ꝙ non querit huius mundi temporalẽ dñationem:qd̓ probat conſequenter dicens.
i Si ex hoc mundo eſſet regnum meum mi/niſtri mei ⁊c̃. Omne enim regnum tempora/le habet infirmitatem non ſolum ab ipſo rege cum ſit vnus ſolus homo: ſed etiaꝫ a miniſtris contra aduerſarios pro ipſo pugnantibus: qd̓ non querebat Chriſtus: ⁊ ſic patet ꝙ ſatiſfec̃ ad queſtionez oſtendendo ꝙ non querebat inter iudeos tẽporalez dñationẽ: verũtñ qꝛ cõceſſerat ſe eẽ regẽ:ideo ꝯcludit
k Nũc aũt regnũ meũ non eſt hinc ideſt quãtũ ad tẽ/poralia iſta querẽda. Sꝫ ꝯ͂ hoc videtur qd̓ dr̃ pſal.xlvj. Rex oĩs terre deꝰ ipe ãt ẽ verus deꝰ ſicut verꝰ hõ: g̊ regnũ eius eſt de hͦ mũdo. Dicenduꝫ ꝙ ſꝫm veritatẽ di/uinitatis oĩa ſunt ſubiecta xp̃o:tamẽ quantũ ad humanitatẽ in ꝑmo aduentu ſuo nõ venit ad dñandũ tpalia:ſꝫ magis ad ſeruiẽduꝫ ⁊ patiendũ: ⁊ ſic pꝫ ꝙ ſufficient̃ excludit illd̓ qd̓ ſibi imponebat̃ de vſurpatõe regni iudee: qꝛ ñ fiebat qd̓ de ipſo:niſi inquãtũ hõ ⁊ ꝑ ſtatu pñti in quo erat:q ad ꝑmũ eius aduentũ ptinebat.
l Dixit itaqꝫ. Hic ponit̃ pilati obiectio:ſic̃ enĩ viſum eſt ꝙ xp̃s in ſua rñſione cõceſſerat ſe eſſe regem:ſed dixerat regnũ ſuũ non eſſe hinc. id̓ Pilatus ad plenũ verba eius nõ intelligens accepit ꝑ hͦ ipſum eſſe regẽ alicuius regni de q̊ ñ intromitterent ſe romani:ſed ꝙ xp̃s ꝑ hͦ intel/ligeret regnũ celeſte: ⁊ ſpũale non intellexit. ⁊ ideo voluit ſcire magis determinate ꝯcludẽs ex verbis xp̃i predictis. m Ergo rex es tu? quaſi.d.ex quo cõcedis te eẽ regẽ regni nõ ꝑti/nentis ad dñiuꝫ imperatoris: declara magis qd̓ ſit illud regnũ. n Rñdit ieſus.ꝑmo ꝯcluſio/nem factã ꝯcedendo dicens. o Tu dicis qꝛ rex ego ſum. ⁊ ita eſt ſꝫm veritatẽ:ſed ꝯñter de/clarat huius regni ꝯditionẽ dicẽs. p Ego ĩ hoc natus ſum.tpaliter. q Et ad hoc venit in mũdũ: ꝑ carnis aſſumptionẽ. r Vt teſtimo/niũ ꝑhibeã veritati:docendo ⁊ radicando ve/ritatẽ de diuinis ĩ cordibꝰ fideliũ. s Oĩs q eſt ex veritate.ꝑma que deus eſt:nõ ſolũ ꝑ crea/tionem ſed ꝑ imitationem ⁊ ſubiectionem.

Audit vocem.[a] Dicit
ei Pilatus. Quid ē ve
ritas[b]? Et cum hoc di
xiſſet Iteruꝫ exiuit ad
iudeos[c]. Et dicit eis.
Ego nullaꝫ inuenio in
eo cauſam[d]. Eſt autem
conſuetudo vobis[e]: vt
vnum dimittaꝫ vobis
in paſcha. Uultis ergo
dimittam vobis regeꝫ
iudeoruꝫ. Clamauerūt
rurſum omnes dicen
tes[f]. Non hūc ſed bar
rabaꝫ. Erat autē. Bar
rabas latro[g]. Tūc ergo
apprehendit pilatus ie
ſum ⁊ flagellauit[h]. Et
milites plectentes co
ronaꝫ de ſpinis[i]. impo-

a Audit vocem meam: corde credēdo ⁊ ope
re obediendo: ⁊ per conſequens in talibus ſpi/
ritualiter ego regno ⁊ tale regnuꝫ in nullo im
pediebat imperatoris Romani dominium de
quo querebat Pilatus.
b Dicit ei Pila/
tus: Quid eſt veri
tas? nō querit dif/
finitionem verita
tis: ſed querit que
eſt illa veritas cu
ius virtute ⁊ par/
ticipatione homi
nes efficiuntur de
regno chriſti: In
tellexit enim per
hoc in quoddam
generali aliquod
dominum exiſtēs
extra communem
modum hominum ⁊ hoc eſt verum ſi intelli//
gatur determinate: ⁊ magis in particulari: qa
veritas diuina filio appropriatur: veritas per
quam homines in preſenti efficiūtur de regno
chriſti: eſt quedam impreſſio ⁊ participatio ve
ritatis diuine: huius autem queſtionis Pila//
tus non expectauit Reſponſionem duplici de
cauſa: Una eſt quia erat de regno ſpirituali vt
viſum eſt: Ipſe autem non habebat ſe intromit
tere niſi de temporalibus: ⁊ Ideo hoc aduer/
tens dimiſit illius queſtionis perſecutio/
nem. Alia cauſa fuit quia iam perceperat chri
ſti innocentiam: ⁊ iudeorum malitiam ſciens
ꝙ tradidiſſent eum per inuidiam: Igitur pre/
termiſſa queſtione predicta voluit procedere
ad eius liberationem vt ſtatim patebit.
c Et cū hoc dixiſſet. Hic cōſequēter ponitur
innocentie Chriſti declaratio: cum enim Pila
tus vellet eum liberare vt dictum eſt: occurrit
eius memorie modus cōueniens liberationis
ne videlicet de conſuetudine iudeoruꝫ qua da
batur eis a preſide in ſolennitate paſchali vnꝰ
vinctus in memoriam liberationis filiorum
iſrael de terra egypti: ⁊ propt hoc voluit chri/
ſtum liberari per hunc modū: Et primo ad hoc
faciendum allegat chriſti innocentiam dicēs:
d Ego nullam in eo inuenio cauſam. ſcilicet
dignam morte. Secundo allegat conſuetudi//
nem de cuius obſeruatione ſciebat eos eſſe cu/
pidos dicens. e Eſt autem conſuetudo ⁊c̄.
vultis ergo dimittam vobis regem iudeoruꝫ.
quaſi dicat vos debetis hoc velle: Ad cuius in/
tellectum ſciendum ꝙ pilatus volens chriſtuꝫ
liberare poſuit eis ſub diſtictione de liberatio
ne Chriſti vel Barrabe: ⁊ de nullo alio: vt ma/
gis exprimit mat
thei. xxvij. capitu.
Sciebat enim ꝙ
conſuetudinem ſu
am nullo modo
dimitterent: Ex al
tera parte Barra
bas erat ita peſſi/
mꝰ ⁊ populo odio
ſus ꝙ firmiter cre
debat vt eius libe
rationē nullo mo
do vellēt: ⁊ ſic per
cōſequens libera/
tioni Chriſti con/
ſentirent: ſed ſacerdotes deceperunt populum
inducentes eum ad petendum liberationem
Barrabe: ⁊ non chriſti: ⁊ hoc eſt ꝙ ſubditur.
f Clamauerunt rurſum ⁊c̄. ſed Barraban: di
mitte nobis.
g Erat autem Barrabas latro. ſcilicet publi/
cus ⁊ famoſus: hoc addit Euangeliſta ad oſten
dendum eorum malitiam: qui ad procurandū
mortem chriſti petierunt latronis publici libe
rationem: contra bonum publicum ⁊ contra iu
ſtitiam. h Tunc ergo apprehendit pilatus
Hic conſequenter Euangeliſta deſcribit quid
paſſus ſit chriſtus a gentibus. Paſſus eſt auteꝫ
tria ab eis ſcilicet flagelationem: Illuſionem: ⁊
crucifixionem ſm ꝙ p̄dixerat Saluator. Mat
thei. xx. capitu. Tradent eum gentibus ad illu
dendum ⁊ flagellandum: ⁊ crucifigendum: ⁊
ideo euāgeliſta. Primo agit de illuſione ⁊ fla
gellatione Secundo de crucifixione ibi: tūc er/
go tradidit. pria in duas: qr prio deſcribit xp̄i
flagellatio ⁊ illuxio. Scd̄o circa h̄ oſtendit pi/
lati intentio ibi. Exiuit iterum. Circa primum
ſciendū ꝙ pilatus vidit ex clamore eorum ꝙ
nullo mō poterat dimittere Ieſum oīno liberū
cum pace ipſorū. Ex altera parte durum erat ſi
bi innocenteꝫ interficere: ⁊ ideo ad ſatiſfacien
dū eis fecit xp̄ꝫ flagellari ⁊ illudi: Et hoc ē qđ
dr̄. h Tūc ergo apprehēdit pilatus Ieſuꝫ ⁊
flagellauit: nō p ſe ipꝫ imediate ſed p milites
ſuos ⁊ miſtros. i Et milites coronā d̄ ſpinis.

dest de iuncis marinis ad modum ſpinarum duris ⁊ acutis.

a Impoſuerunt capiti eius: tanq̃ volenti re gnare ⁊ non potenti ꝙ fecerunt vt eorum illuſio reſponderet Judeorum accuſationi.

b Et veſte purpurea circũdederũt eum: Tali eniz veſte vtebantur reges.

c Et veniebãt ad eum ⁊ dicebãt: ⁊c̃. Hoc totum factuz eſt in illuſione. Unde ſequitur.

d Et dabant ei alapas vt illuderent factis ſicut illuſerunt ſignis ⁊ verbis.

e Exiuit iterum Hic oſtẽditur circa predicta pilati intentio que erat bona quantum ad hoc: quia predicta Juſſerat fieri vt iudei tali afflictione chriſti eſſent ſaciati ⁊ ſic conſentirent in eius liberationem ſine morte: tamẽ per hoc non excuſatur a peccato: quia cuz eſſet iudex ſuper eos non debebat ei quem ſciebat innocentem etiam minimã penam inferre: igitur Euãgeliſta circa ſequentia ſic procedit: quia primo declarat conatum pilati ad chriſti liberationẽ Secundo iudeorum reſiſtentiam ad eius condemnationem ibi. Cum ergo vidiſſent. In prima igitur parte dicitur ſic. Exiuit iterum pilatus foras: vbi iudei ſtabant: quia domum eius ingredi non audebant vt ſupra dictum eſt.

f Et dicit eis. primo allegans chriſti Innocẽtiam. g Ecce adduco eum vobis foras: poſtquam diligenter examinaui eum ⁊ flagellaui ad vobis ſatiſfaciendum: vt cognoſcatis quia nullam in eo inuenio cauſam Secundo oſtendit ipſius punitionem Jam factam vltra eum dignum cum dicitur.

h Exiuit ergo ieſus. ex precepto pilati.

i Portans coronam ſpineaz ⁊c̃. Volebat eni pilatus vt ſenſibiliter viderent qualiter fuiſſet illuſus ⁊ flagellatus vt ſic mouerentur ad cõpaſſionem.

ſuerunt capiti eius[a]: ⁊ veſte purpurea circundederunt eum[b]. Et veniebãt ad eum ⁊ dicebant[c]. Aue rex Judeorum. Et dabant ei alapas[d]. Exiuit ergo iterũ Pilatus foras[e]: ⁊ dicit eis[f]. Ecce adduco vobis euz foras vt cognoſcatis[g]: quia nullam in uenio in eo cauſaz. Exiuit ergo Jeſus[h] portãs ſpineam coronam[i]: ⁊ purpureum veſtimentuz. Et dicit eis. Ecce homo[k]. Cũ ergo vidiſſent eum pontifices ⁊ miniſtri[l]: clamabant dicentes[m]. Crucifige crucifige eum[n] Dicit eis Pilatus. Accipite eũ vos: ⁊ crucifigite[o]. Ego eni non inuenio in eo cauſam[p]. Reſponderũt ei iudei[q]. Nos legem habemus[r]: ⁊ ſm legem debet mori[s]: quia filiũ dei

k Et dicit eis. Ecce homo quaſi dicat ⁊ ſi in aliquo male egiſſet: tamen vltra cõdignum punitus eſt ⁊ ideo deberet vobis ſufficere.

l Cum ergo vidiſſent. Hic ponitur iudeorum reſiſtentia: ⁊ hoc dupliciter primo per irrationabilem clamorẽ: Secundo per rationez ibi: Reſpõderunt iudei: in pͥma parte dicit̃ ſic.

l Cum ergo vidiſſent eum pontifices ⁊ miſtri ſic flagellatũ ⁊ illuſũ ⁊ cognoſcerent ꝙ pilatus ſic volebat dimittere ipſum.

m Clamabant tumultuoſe: ⁊ alios ad clamandum excitabant dicentes.

n Crucifige crucifige eum. quaſi dicãt. Hec pena nullomodo nobis ſufficit: ſed petimus ꝙ moriatur. o Dicit eis pilatus: Accipite ⁊c̃. deriſorie ⁊ indignanter hoc dixit: quia non habebant poteſtatem iudicandi aliquem ad mortem vt ſupra dictum eſt: ⁊ eſt ſimilis modꝰ loquẽdi ac ſi diceret: Si haberetis poteſtatem dare mortis ſententiam cito ⁊ ſine cauſa faceretis ſ; ego hoc agere nolo. Ideo ſequitur.

p Ego enim non inuenio in eo cauſam: dandi talem ſententiaz.

q Rñderũt. videntes iudei ꝙ Pilatus nõ acquieſceret eoꝝ clamori: inceperunt allegare rõnes alias Sicut ſupra allegauerant ſed illas non audebant reiterare: qꝛ Pilatus Jam illas euacuauerat: ⁊ ideo hic aliud allegant: ⁊ pͥmo allegant ipſum feciſſe contra legem dei. Secũdo contra legem Imperatoris romani ibi. Et inde querebant: In prima igitur parte allegãt ſicut iudei.

r Nos legem habemus. ſcilicet a deo datam in monte ſynai.

s Et ſm legez debet mori: qꝛ leuit. xxiiij. cap. precipitur ꝙ blaſphemi occidantur: ⁊ tale crimen imponebant ei: vnde ſequitur.

t Quia filium dei ſe fecit. veruntamen xpõ

ſe fecit[t]. Cū ergo audiſſet Pilatus hunc Sermonem timuit[x]: Et ingreſſus eſt pretoriuꝫ iterum[y]: ꝛ dicit ad Jeſuꝫ. vnde es tu[z]? Jeſus autem reſponſum non dedit ei[z]. Dicit ergo ei pilatus. Mihi nō loqueris[?]? Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te[x]: ꝛ poteſtatem habeo dimittē te. Reſpōdit Jeſus[a]: Non haberes poteſtatem aduerſum me vlam niſi ti datum eēt deſuper[b]. Propterea qui me tradidit tibi[c]: maius peccatum habet. Et exinde querebat Pilatus dimittere eum[d]. Judei autēꝫ clamabant dicentes. Si hunc dimittis: non es amicus Ceſaris[e]. Omnis enim qui ſe regem facit: contradicit Ceſari[f] Pilatus autem cuꝫ audiſſet hos ſmones[g]: adduxit foras Jeſum: ꝛ ſedit ꝑ tribunali[h] ī loco qui dr̄ lichoſtratos[i] Hebraice āt gabbata. erat āt paſceue[k] paſche

hoc dicendo non blaſphemauit ſed veritatem dixit ꝛ per ſcripturaꝫ habitam: vt ſupra probatum eſt capi.x. x Cum ergo audiſſet pilatus hos ſermones magis timuit: nō propter legeꝫ iudeorum quā non obſeruabat: ſed ne verum eſſet vt ieſus ſibi oblatus eſſet vere dei filius: ꝛ ſic factum enorme feciſſet ipſum flagellādo: ꝛ iō de h̄ voluit certius ingredi: vnde ſequitur. y Et igreſſus eſt in ꝑtoriū iterū: vt veritatem magis poſſet cognoſcere ex tumultū iudeorū. z Et dicit ad ieſuꝫ. vñ es tu? ꝓ h̄ q̄rēs ſi eēt ex origine diua ſm veritatē. ꝛ Jeſus āt rñſuꝫ nō dedit ei: Prīo q̄ illi hō erat gētil ꝛ idolatra ꝛ gnātionē filij i diuinis cape nō poſſet. Scd̄o q: nolebat paſſionē ſuā īpedire. Tertio q: ꝓphetatū erat d̄ eo Jſai. liij. Et ſic agn⁹ corā tondēte obmuteſcet ꝛc̄. Et iō volebat illud ꝓphericū īplere. ? Dicit ḡ Pilatus mihi nō loq̄ris? Mirabat̄ de ei⁹ taciturnitate cū eēt ī pūcto liberatiōis vel ꝯdēnatiōis ſue: ſeq̄t. x Neſcis q: ptāte hēo ꝛc̄. q.d. mihi ſaltē debēs rñdē. a Rñdit Jeſus: nō ad īpediēdū ſuā paſſionē: ſꝫ ad reꝑmendū Pilati iactātiā. b Nō hēres ptāte ad vluꝫ me vllam niſi tibi datū eēt deſup. i. a ꝑncipib⁹ romanoꝝ: ꝛ vlteri⁹ ꝑmiſſuꝫ a deo q̄ ē ptās ſupiorꝛ ex h̄ arguit ei⁹ pctm̄: q: nō accepat ptātē a Ceſare ꝛ a deo ꝯdēnādi inorios: ſꝫ magis liberādi eos: ꝛ cū h̄ oſtendit pctm̄ Jude ꝛ iudeoꝝ eē maius q̄ꝫ pctm̄ ipſi⁹ pilati: q: ad occiſiōeꝫ xp̄i iudas fuit motus cupiditate. iudei āt inuidia ꝛ rācore. Sꝫ Pilat⁹ fuit mot⁹ hūano timore: vt magis patebit: ꝛ h̄ ē qd̄ dr̄. c Propterea q̄ me tradidit tibi mai⁹ pctm̄ hꝫ: ī q̄ icludit̄ pctm̄ Pilati: q: maius nō dr̄ niſi ꝑ cōparationē ad min⁹. d Exinde. Hic ꝯſequēter allegāt Judei xp̄ꝫ feciſſe ꝯ legē īpatoris q: videbāt q̄ Pilat⁹ paꝝ erat mot⁹ ƀ eoꝝ ꝑdicta allegatiōe: ſꝫ volebat Jeſuꝫ oīno dimittē ꝛ h̄ eſt q̄ dr̄. d Exinde q̄rebat pilat⁹ dimittē eū: Uiderat. n. pilat⁹ tanq̄ꝫ hō aſtutus q̄ xp̄s rōnabilr̄ ꝯuincerat eū de pctō ſi eū inocētē ꝯdēnaret: ꝛ Jō q̄rebat occaſionē dimittendi eū: qd̄ vidētes iudei clamabant. e Si hunc dimittis nō es amicus Ceſaris. i. nō zelaſ ꝓ honore ꝛ ſtatu dñi tui cuſtodiē do q̄ arguūt ꝯſequēter dicentes. f Oīs. n. q̄ ſe regē facit ꝯdicit Ceſari: Jmꝑatores. n. romāi abſtulerāt a iudeis regiā dignitatē: ne hērent rebellādi occaſionē ꝛ iō q̄cūq̄ꝫ iter iudeos dicebat ſe regē q̄litercunq̄ꝫ videbat̄ ꝯ ordinationeꝫ Jmꝑatoris facē: xp̄s āt ꝯceſſerat ſe regē eē vt pꝫ ex ꝑdictis: ꝛ iō q̄uis ſm veritatem hoc regnum non eſſet cōtra dominiuꝫ Jmperatoris vt ſupra dictū eſt: tamen hoc arguebant apparenter. Pilatus autē non audebat etiam ſm minimam apparentiā facere cōtra Jmperatoris honorem: Jdeo ſequitur. g Pilatus ꝛc̄. adduxit foras Jeſum: vt coraꝫ iudeis euidētius de facto inquireret: ꝛ eorum dictū falſius oſtenderet. h Et ſedit pro tribunali. ideſt ī loco ſedis iudiciarie. i Jn loco q̄ dicitur lichoſtratos. i. lapidum ſtratura: ꝛ dicitur a liquos qd̄ ē lapis: ꝛ ſtratos q̄ eſt pauimētum ſiue ſtratura: ꝛ ē nomē grecum: Hebraice autem gabbata: ꝛ hoc nomen Hebraicum idē ſignificat ſicut grecum: ille enim locus erat ante domum Pilati: aute enim domos magnatorum ſolet eſſe locus de lapidibus preparatus. k Erat autem paraſceue: quia erat feria ſexta: ꝛ prima dies ſolennitatis paſchalis: Dicebatur autem feria ſexta paraſceue. ideſt preparatio: quia illa die preparabant iudei cibaria pro die ſabbati: ī quo non erat licitum aliquid decoqui: vt habetur Exodi. xi. capitulo.

hora quaſi ſexta[a]: Et dicit iudeis[b]. ecce rex veſter[c]: illi aũt clamabant[d]. Tolle tolle: crucifige eum[e]. Dicit eis Pilatus[f]. Regem veſtrum crucifigam[g]. Responderunt pontifices: nõ habemus regẽ niſi Ceſarem. Tunc ergo tradidit eis illum[h]: vt crucifigeretur[i]. Suſceperunt autẽ Jeſum ⁊ eduxerunt. Et baiulans ſibi crucem[k] exiuit in eũ qui dicitur caluarie locũ[l] Hebraice aũt golgatha: vbi crucifixerũt eũ[m] ⁊ cũ eo alios duos hic ⁊ hinc mediũ[n] autẽ ieſuȝ.

a Hora quaſi ſexta. Contrarium videtur. Marcus.xv.capi.vbi dicitur. Erat autem hora tertia: ⁊ crucifixerunt eum: prius autem fuit iudicatus quã crucifixus ergo ⁊c̃. Dicendum ꝙ ſm veritatem erat tempus mediuȝ inter tertiam ⁊ ſextam: medium aũt ab vtroque extremo poteſt denominari: ⁊ Ideo Mar. Expreſſit illud tempus medium per horam tertiaȝ. Joannes vero ꝑ ſextam.

b Et dicit iudeis allegans pro chriſti liberatione.

c Ecce rex veſter: q̃ſi dicat mirum eſt ꝙ hũc hominem abiectum ⁊ flagellatum dicitis ſibi velle vſurpare regnum iudeorum.

d Illi autem clamabant: ſicut furibundi.

e tolle tolle crucifige eum. quaſi dicãt non poſſumus videre eum.

f Dicit ei Pilatus allegans in crucifixione chriſti eorum verecundiam dicens.

g Regẽ veſtrũ crucifigã q̃ſi dicat ex q̄ euȝ regnare formidatis: ⁊ Jam de hoc fuit fama magna: erat vobis verecundia: ſi morte moriatur ſic abiecta: vnde ⁊ poſtea Pilatus ſcripſit titulum crucis ad eorum verecundiam. Jeſus nazarenus: rex iudeorum: Dixerunt põtifices: nõ habemus regem niſi Ceſarem: ex quo patet ꝙ ex tunc perpetue ſubiectioni romanoruȝ ſe obligauerunt renunciantes omni alteri regie dignitati patet etiam eorum obſtinatio ad procurandum chriſti mortem: cum pro eius procuratione confeſſi ſunt in perpetuũ ſe ipſos ſubiectos ſeruituti.

h Tunc ergo. Hic incipit agere Euangeliſta de crucifixiõe Chriſti: ⁊ diuiditur in tres quia primo agit de crucifixione: Secundo de morte ibi. Poſtea ſciẽs Jeſus Tertio de ſepultura ibi Poſt hec autem rogauit. Prima in duas: quia primo deſcribit ipſam crucifixionem. Secundo agit de conſequentibus ad ipſam ibi: Scripſit autem titulum. Circa primum ſciendum ꝙ Pilatus videns: ꝙ propter mortem chriſti obligabãt ſe iudei perpetue ſeruituti Romanoꝝ: timuit ſi iſ refutaret ne accuſaret apud Ceſarẽ: ⁊ ideo motus timore Imperatoris: ⁊ fauore iudaici populi cui preerat: ⁊ a quibus pecunias leuare ſperabat: contra iuſticiam dedit ſententiam de morte innocẽtis ⁊ hoc eſt qđ dicitur.

h Tunc ergo tradidit eis illuȝ per ſententiam diffinitiuam.

i Ut crucifigeretur: tñ prius lauit manus ſuas imponens peccatuȝ de morte chriſti inde iis ipſis hoc recipientibus: vt habetur Matth.xxvij. q̃uis nõ eſſet per hoc excuſatus ſm veritatem.

k Et baiulãs ſibi crucem. primo enim portauit eaȝ: vt hic dicitur tamen poſtea inuenientes Symonem Cirenenſem fecerunt ſibi portare crucem vt citius venirent ad locuȝ paſſionis. quia chriſtus per totam noctem precedentem afflictus fuerat ⁊ Ideo lento gradu incedebat.

l Exiuit in eum qui dicitur caluarie locum: Iſte locus erat prope ciuitatẽ hyeruſalem: ⁊ dicunt aliqui ꝙ dicitur locus caluarie a caluaria ade ibi ſepulti: Sed hoc eſt falſum: qui ſepultus fuit in ebron: vt dicitur Joſue.xiiij. capitu. ſed ſic nominatur locus caluare: quia in illo loco malefactores decapitabãtur ⁊ ſic patet mortis chriſti turpitudo ex cõditione loci: ⁊ ex modo mortis cum dicitur.

m Ubi crucifixerunt eum Crucifixio eni erat turpiſſimum genus mortis.

n Et cum eo alios duos Hinc ⁊ hic medium autem Jeſum ex quo apparet turpitudo mortis chriſti ratione ſocietatis: q͛ inter duos malefactores fuit crucifixus hoc autem factum eſt ex iudeorum intentione: ⁊ diuina ordinatione tamen diuerſimode: quia iudei per hoc intendebant inducere ſuſpitionem populo ꝙ ieſus eſſet particeps ⁊ principalis in eorum malefactis. Ex ordinatione autem diuina factum eſt hoc vt impleretur ſcriptura. Eſa.liij.capitu. Et cuȝ iniquis deputatus eſt.

Scripſit autez[a] ⁊ titulū Pilatꝰ: ⁊ poſuit ſuper crucem[b]. Erat autē ſcriptum Jeſus[b] Nazarenus[c] rex iudeorū[d]. Nūc ergo titulum multi iudeorum legerunt[e] quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt. Et erat ſcriptuz hebraice: grece: ⁊ latine[f]. Dicebant ergo Pilato pōtifices iudeorum. Noli ſcribere rex iudeorū[g] ſed quia ipſe dixit rex ſum iudeoruz[h]. Reſpōdit Pilatꝰ. Quod ſcripſi ſcripſi[i]. Milites ergo cum crucifixiſſent eum: acceperunt veſtimenta eius[k]: ⁊ fecerūt quatuor partes[l] vnicuiq; militi partem: ⁊ tunicam[m]. Erat autem tunica inconſutilis[n]: deſuper contexta per totum[o]. Dixerunt ergo ad inuicem. Non ſcin

a Scripſit autem. Hic ponuntur quedam cōſequentia ad Chriſti crucifixionem: ⁊ ſunt tria: quia primum pertinet ad Pilatum. Scōm ad milites crucifigentes Jeſum. Tertium ad parētes chriſti exiſtentes prope eum. Scōm ponitur ibi. Milites autem. Tertiū ibi Stabant autem. Circa primū ſciendum ꝙ modus romanorum erat ſcribē cauſaz mortis crucifixoruz ſuper lignuz crucis iudei autem cōtra voluntatem Pilati petierunt Chriſtum crucifigi vt patet ex predictis ⁊ ideo per talem modum ſcripſit titulum: vt redundaret in verecundiam eoruz: ⁊ hoc eſt ꝙ dicitur.

a Scripſit autem ⁊ titulum Pilatus. in quadam carta tabule affixa. b Et poſuit ſup crucē. illā tabulā. b Erat autem ſcriptum: Jeſus: in quo exprimitur nomen proprium.

c Nazarenus. quo ad patriam: quia ibi fuit nutritus vt dictum eſt. d Rex iudeorū. in quo exprimitur cauſa mortis.

e Hunc ergo titulum multi iudeorum legerunt. ⁊ cauſa ſubditur: quia prope ciuitatē erat locus vbi crucifixus eſt Jeſus: ⁊ multi de ciuitate poterant de facili illuc venire.

f Et erat ſcriptum hebraice: grece: ⁊ latine. vt omnes qui de diuerſis partibus orbis ad feſtum paſchale venerant poſſent illum legere. Venerunt enim ibi aliqui gentiles vt ſupra dictum eſt. cap. xij. ⁊ ideo titulus fuit ſcriptus in tribus linguis principalibus.

g Dicebant ergo Pilato pontifices iudeorū noli ſcribere rex iudeorum. quia videbant ꝙ talis modus ſcribendi redundabat in verecūdiam eorum: et maxime propter gentiles qui hoc verbuz erant reportaturi ad diuerſas partes orbis. ⁊ ideo voluerunt titulum ſic corrigē.

h Sed quia ipſe dixit rex ſum iudeorum. hoc enim modo non ſonaret in eorum verecundiam. i Reſpondit Pilatꝰ qđ ſcripſi ſcripſi. qđ ſcripſerat confirmando ne ſortuitu factum eſt hoc: ſed diuina preordinatione: qꝛ hoc erat ante prophetatum propter quod pſal. lviij. qui loquiẛ de paſſione Chriſti ⁊ duo pſal. ꝓcedētes ſic intitulantur: ne corrūpas tituli inſcriptionem: ⁊ ideo titulus crucis Chriſti tripliciter deſcriptus non fuit mutatus: ſed magis confirmatus.

k Milites aūt. hic ponit̄ ſc̄m conſequens ad Chriſti crucifixionem: ⁊ pertinet ad milites qui crucifixo Chriſto diuiſerūt ſibi veſtes ſuas: et hoc eſt ꝙ dicitur.

k Milites ergo cum crucifixiſſent eum acceperunt veſtimenta eius. Ex quo apparent duo. Primum eſt Chriſti paſſionis ignominia: in hoc ꝙ nudum eum crucifixerunt: qđ non fit niſi abiectis ⁊ vilibus perſonis. Scōm eſt crucifigētium auaritia: quia Chriſti veſtes: qꝛuis eſſent parum valentes tamen ſibi rapuerunt. l Et fecerūt quatuor partes ⁊c. quia erant quatuor milites ipſuz crucifigētes.

m Et tunicam. ſcꝫ citra partes predictas quā non diuiſerunt: eo qđ erat inepta diuiſioni qđ patet ex eo quod ſubditur.

n Erat autem tunica inconſutilis. ideſt ſine ſutura. o Deſuper contexta. per totum. Ex hoc dicunt aliqui ꝙ Chriſtus precioſis veſtibꝰ vtebatur. Sed Criſoſtomus dicit cōtrarium. ſ. ꝙ in paleſtina pauperes induebantur talibus indumentis reticulato opere factis ad modū ciliciorum: ⁊ hoc videtur verius: quia Chriſtus cōmendauit vilitatem veſtimentorum in Joanne baptiſta. Matth. xj. ca. dicens. Quid exiſtis in deſertum videre hominez mollibus veſtitum. quaſi dicat non. Et precioſitatem ibidez reprobauit dicens. Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt ⁊c. Jeſus autem cepit facere ⁊ docere: vt habetur Actuū. j. capi. et

ideo non eſt veriſimile ꝙ vſus fuerat precioſis veſtibus. p Dixerunt ergo ⁊c. Non ſcindamus illam: quia partes nihil valuiſſent.

a Sed ſortiamur de illa cuius ſit: vnde patet ꝙ ſuper ſolam tunicam miſerunt ſortem. Sed contrarium videtur Mar.xv.cap. Ubi dicitur Diuiſerũt ſibi veſtimẽta eius mittentes ſortem ſuper eis quiſquis tolleret. Dicendum ꝙ dictum Mar. debꝫ diuiſiue ſic intelligi. Diuiſerunt ſibi veſtimẽta eius .ſ. alia a tũica: ⁊ poſtea ſequitur mittẽtes ſortem ſuꝑ eis qḋ ꝑ ſynodochez debet intelligi ſuper eis. ideſt ſuper aliquod eorum. ſ. ſuper tunicam: quiſquis tolleret. ideſt quis tolleret illã tunicam. ſequitur. b Ut ſcriptura impleretur. que dicit pſal. xxj. c Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi. ſ. alia a tunica inconſutili.

d Et in veſtem meam miſerunt ſortem. ideſt ſuper illam tunicam inconſutilem. Ex quo etiã patet ꝙ proprie habebat plura veſtimenta.

e Et milites quidem hoc fecerunt. ſ. ſicut erat ſcriptum pſal. predicto hoc addit euangeliſta vt oſtendat prophetiam impletam per factum eorum patet etiam per predicta falſitas iudeorum exponentium pſal. predictum de perſecutione quã habuerunt iudei per Annam dicentes ꝙ mardocheus fecit predictum pſal. quia titulus pſal. oſtendit contrarium quia ille pſal. intitulatur a Dauid ⁊ non a mardocheo. Item in ꝑncipio pſal. dicitur longe a ſalute mea verba rugitus mei ſꝫm veritatez hebraicam: ⁊ trãſlationem Hierony. qḋ verificatũ eſt in paſſiõe Chriſti: qui non fuit liberatus a paſſione: q̃uis de hoc clamaret ad patrem ſicut ſupra dictum eſt. xij. cap. Pater ſaluifica me ex hac hora. Tẽpore autem mardochei iudei fuerunt liberati celeriter poſt orationem eorum: quia prius fuerunt liberati q̃ʒ veniret tempus ſtatutum interfectionis eorum. Item ibidem ſubditur. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: qḋ non eſt impletum in mardocheo nec in aliquo iudeo illius temporis. Sed magis econuerſo ipſi iudei aman ⁊ filios eius crucifixerunt.

damus eam: ſed ſortiamur de illa cuius ſit[a]: vt ſcriptura ipleretur[b] dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi[c]: ⁊ in veſtem meaꝫ miſerunt ſortem[d]. Milites quidem hec fecerũt[e]. Stabant autem iuxta crucem Jeſu[f] mater eius: ⁊ ſoror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cuꝫ ergo vidiſſet[g] Jeſus matreꝫ et diſcipulum ſtantem quẽ diligebat dicit matri ſue. Mulier ecce filius tuus[h]. Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua[i]. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus i ſuã.[k] Poſtea ſciens[l] Je.

f Stabant. Hic ponitur tertium conſequens ad Chriſti crucifixioneꝫ: ⁊ pertinet ad eius parentes: quia Chriſtus in cruce poſitus anteq̃ʒ moreretur voluit matri ſue de cuſtodia et miniſtro prouidẽ dans exẽplũ alijs vt ipſi ſint ſolliciti impendere debitum obſequiũ parentibus ſuis: ⁊ hͦ eſt ꝙ dicitur.

f Stabant autẽ iuxta crucem ieſu ⁊c. Contrariũ aũt videtur Luc. xxiij capi. vbi dicitur. Stabant autem omnes noti eius a longe. Dicendum ꝙ primum fuerunt prope vt hic dicit ⁊ tunc Chriſtus hec verba dixit: ſed procedente paſſione propter turbam comprimentem ſe detraxerunt: ſꝫm ꝙ dicit Lucas. Uel forte iſte ꝑſone hic nominate: tanq̃ʒ magis feruentes in amore Chriſto propinquius ſtabant: ſicut dicit Joannes. Alie autem multe perſone erãt Chriſto note: que pre timore a Chriſto longe ſtabãt ⁊ de illis loquitur Lucas. Dicit tamen ꝙ om̃es noti eius ſtabant a longe: q: multo plures erãt ſtantes a longe q̃ʒ a prope. g Cũ vidiſſet ⁊c. quem diligebat. ſ. Joannem qui ſcripſit hͦ euangelium ⁊ propter hoc de ſe loquitur tanq̃ʒ de quodam altero vt ſupra dictum eſt.

h Dicit matri ſue. mulier ecce filius tuus. quaſi dicat vſq̃ʒ nũc fui tibi ad obſequium. De cetero iſte erit loco mei. Et nota ꝙ loquẽs mr̃i ſue de cruce non dixit ei mater ſed mulier vocans eam cõmuni nomine: ne ex teneritudine nominis matrem ſi exprimeretur aggrauaretur animus virginis videntis paſſionem filij.

i Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. q̃ſi dicat deputo te ad eius obſequium.

k Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam. ſcꝫ curam ⁊ diligentiam.

l Poſtea ſciens. Hic agit euãgeliſta de Chriſti morte ⁊ diuiditur in duas: quia primo poni

tur Chriſti conſumatio per mortem. Scdo ei⁹ lanceatio poſt ipſam: ibi iudei ergo. Circa p/mum ſciendu3 ꝙ conſumatio noſtre ſalutis cō/ſumanda erat per venerabilem mortē Chriſti vt declarat apoſtolus ab hebre.ij.⁊ hoc eſt ꝙ hic dicit. Poſtea ſup/ple que dicta ſūt.

a Sciens Ieſus quia omnia conſu mata ſunt: ſc3 que ſcripta erāt d̄ xp̄o paſſuro: quia pau/ca reſtabāt an̄ mō tem eius implen/da ſc3 ei⁹ potatio q̄ i̇ promptu erat. vnde ſequitur.

b Ut conſuma ret ſcriptura pſal. lxviij. In ſiti mea potauerūt me ace to.⁊ ideo ad illud reſiduam implen dum. c Dicit ſitio. tantum laborauerat ⁊ d̄ ſanguine emiſerat ꝙ corpus eius erat deſicca/tum ⁊ aduſtū: ⁊ propter hoc ſitiebat ſupra mo/dum: ⁊ talis ſitis eſt maximum tormentum.

d Uas autem erat poſitum aceto plenum. illud enim portauerant milites vt darent cru/cifixis ad bibendum vt per hoc citius morerē tur: ⁊ ſic de cuſtodia eorum in cruce expediren tur. talis enim potatio aceti mortem accelerat crucifixi: vt dicunt aliqui. Aliam autem cauſa3 huius aceti tetigi matth.xxvij.cap. que videtur probabilior iſta: ⁊ eſt ibidem ſatis diffuſe poſi/ta: propter quod hic omitto.

e Illi autem ſpongiam plenam aceto hyſo/po. ideſt ligno hyſopi. f Circumponentes obtulerunt ori eius. Erat enim eleuatus a ter/ra ita ꝙ ſola manu non poterant attingere ad os eius. g Cum ergo accepiſſet Ieſus acetū Contrarium videtur matth.xxvij.cap. vbi di/citur. Noluit bibere. Dicendum ꝙ illud quod eſt modicum quaſi nihil reputatur dicitur.ij. phiſi. et ideo quia parum de il'o aceto accepit vt dicit hic Ioānes. matth. dicit Noluit bibe/re per talem etiam modum loquendi dicimus cōmuniter de parum bibente ꝙ non vult bibē.

h Dixit conſumatum eſt. ſc3 quicquid erat ſcriptum de me: vel aliter. conſumatū eſt opus redemptionis humane.

**ſus quia omnia conſu-mata ſunt[a]: vt cōſuma-retur ſcriptura[b] dicit: Sitio[c]. Uas autem erat poſitum aceto plenu3[d]. Illi autem ſpongiā ple nam aceto[e] hyſopo cir-cumponentes[f]: Obtu-lerunt ori eius. Cum er go accepiſſ3 Ieſus ace tum[g]: dixit. Conſuma-tum eſt[h]. Et inclinato capite tradidit ſpiritū[i] Iudei ergo quoniam paraſceue erat[k] vt non remanerēt in cruce cor pora ſabbato[l]. Erat eni magnus dies ille ſab-bati[m] rogauerūt Pilatū vt frāgerēt eo4 crura[n] Et tollerent. Uenerūt ergo milites: ⁊ p̄mi q. dē fregerūt crura[o]: ⁊ al teri⁹ q crucifix⁹ ē cū eo**

i Et inclinato capite tradidit ſpiritum: oſtē dens ex modo moriendi ꝙ moriebatur ex obe dientia patris: ⁊ non inuoluntarie ſicut ſupra dixerat capi.x. Nemo tollit a me animam: ſed ego pono eam.

k Iudei ergo. Hic deſcribit vul neratio xp̄i mor/tui. Et diuiditur i̇ tres partes: quia p̄mo ponitur vul/nerationis occaſio. Scdo ipſa vulne/ratio ibi: venerūt ergo milites. Ter tio dicti certifica/tio ibi: Et qui vi dit. Circa p̄mu3 ſciendum ꝙ occa/ſio vulnerationis Chriſti mortui fu it: quia iudei vole bant cadauera de cruce deponere propter ſo/lēnitatem craſtinam īminentem que incipie/bat a veſpera illi⁹ diei in quo Chriſtus fuit cru cifixus. l3 enim fuerit crucifixus prima die pa/ſche que erat ſolēnis apud iudeos: tamen ſcd̄a dies pro tunc fuit ſolēnior ratione ſabbati apd̄ iudeos. dies enim ſabbati occurrens infra oc tauam paſche erat dies ſolēnior: quia tūc feſtū duplicabatur: ⁊ hoc eſt ꝙ dicitur.

k Iudei ergo qm̄ paraſceue erat. ideſt ipſe dies veneris: in cuius veſpera icipit ſolēnitas ſabbati ſequentis. l Ut non remanerent in cruce corpora ſabbato. erat enim hoc indecens in tanta ſolēnitate: vnde ſequitur. m Erat enim magnus dies illa ſabbati. quia ſicut dcm̄ eſt ſolēnitas eius duplicabatur propter octauā paſche concurrentem. n Rogauerunt Pi latum vt frangerentur eorum crura: ne aliquo modo euadere poſſent ⁊ tollerent de patibul.

o Uenerunt ergo milites ⁊ primi quidē ⁊c. Sed videtur ꝙ veniſſent ad Ieſum anteq̄3 fre gerūt crura ſcd̄i: quia Ieſus erat in medio am borum. Dicendum ꝙ duo milites frangebant ⁊ vnus fregit crura vnius latronis ex vna par/te ⁊ alter crura alterius ex altera pte. ⁊ ſic am/bo venerunt hincinde ad Ieſum qui erat in medio: ⁊ hoc eſt ꝙ dicitur.

Ad ieſum autem cum veniſſent[a]: vt viderunt eum iam mortuum: nõ fregerunt eius crura: ſed vnus militum lancea latus ei⁹ aperuit[b]. Et cõtinuo[c]: exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et qui vidit[d] teſtimonium perhibuit[e]: ⁊ verum eſt teſtimonium eius: Et ille ſcit: quia veruʒ dicit: vt ⁊ vos credatis. Fcã ſunt eniʒ hec: vt ſcriptura impleretur[g]: os non cõminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit[h]: Uidebunt in queʒ trãſfixerunt[i]. Poſt hec autem[k] rogauit Pilatum Joſeph ab arimathia[l]: eo ꝙ eſſeʒ diſcipulus ieſu[m]: occultus auteʒ propter metum iudeoruʒ[n]: vt tolleret corpus ieſu[o] Et permiſit Pilatus[p]. Uenit ergo ⁊ tulit corpus Jeſu[q]: Uenit autem ⁊ Nichodemus q venerat ad ieſũ nocte[r].

a Ad ieſum autem cuʒ veniſſent: vt viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura: quia hoc non fiebat niſi ad hoc ꝙ euadere non poſſent depoſiti de patibulis. b Sed vnus militum lancea latus eius aperuit. vt certificaret de morte ei⁹.

c Et cõtinuo exiuit ſãguis ⁊ aqua: Sanguis ad noſtram redemptionem: Aqua ad peccatorum ablutionem Sciendũʒ tamẽ ꝙ iſta aqua miraculoſe exiuit: qr non fuit hũor fleumaticus vt dicũt aliqui: ſʒ aqua pura ad oſtendendũ ꝙ corpus chriſti erat ex veris elementis compoſituʒ contra errorẽ eoruʒ qui dixerũt euʒ habere corp⁹ celeſte ſicut dixit Ualentinus ⁊ ſequaces ſui: ⁊ eorum qui dixerunt eum habere corpus fantaſticum. ſicut Manichei. d Et qui vidit. Hic ponitur certificatio: quia ipſe Joannes qui ſcripſit hoc euangelium preſentialiter exiſtens vidit hoc factum: ⁊ ideo eius teſtimonium ẽ efficax ad credendum: ⁊ hoc eſt qđ dicitur.

d Et qui vidit. ideſt ego ipſe: loquitur enĩ de ſe per modum alterius: ſicut ſupra dictum eſt.

e Teſtimoniũ perhibuit ⁊c. patet littera per predicta ſequitur. g Facta ſunt hec vt ſcriptura impleretur. Exo. xij. capi. hos non cõminuetis ex eo. Agnus enim paſchalis fuit figura expreſſiua paſſionis chriſti. ideo ordinatione diuina conſtitutum eſt. vt oſſa agni paſchalis nõ frangerentur. vt ſic figura ⁊ veritas correſponderent quia veri agni oſſa non ſunt fracta i cruce vt predictum eſt. h Et iterum alia ſcriptura dicit de eius trãſfixione. zacha. xij. i Uidebunt in quem transfixerũt. littera Hier. habet Aſpicient ad me quẽ confixerũt: propheta eniʒ loquitur in perſona chriſti loquens in prima pſona. ſed euangeliſta refert illud ad chriſtuʒ loquens in tertia perſona: ⁊ eadem eſt ſententia Jlla autem tranſfixio proprie fuit in laucee vulneratione. Sed hec videbitur a iudeis in iudicio futuro quia cicatrices vulnerum reſeruate ſunt in corpore chriſti reſurgente non ſolum ad certificationem ſue reſurrectionis oſtendẽdo illas cicatrices Apoſtolis: Sed etiaʒ ad cõuincendum iudeos in futuro iudicio de peccato ſue mortis ⁊c.

k Poſt hec autẽ Hic agitur conſequenter de chriſti ſepultura: que fuit glorioſa: ſʒ ꝙ erat predictum. Jſai. xj. capi. Et erit ſepulchrum ei⁹ glorioſum: ꝗuis precedens mors fuit Jgnominioſa: ⁊ hoc eſt qđ dicitur.

k Poſt hec autem rogauit Pilatum Joſeph: Erat eniʒ ei familiaris cum eſſet nobilis decurio: vt dicitur Mar. xv. capi. ⁊ ideo ſecurus eum rogauit.

l Ab arimathia oriundus eadem eſt ciuitas que primo reguʒ dicitur Ramatha de qua fuit Samuel.

m Eo ꝙ diſcipulus eſſet ieſu. ideſt fideliter credens eius doctrine.

n Occultus tamen propter metum iudeorum: ante enim paſſionem ex imperfectione timebat de Synagoga expelli ꝙ erat ignominoſum ſi confiteretur chriſtum tamen poſt paſſionem feruentior factus exemplo chriſti animatus manifeſtauit ſe volens chriſtum honorifice ſepelire: ⁊ ideo ſequitur.

o Ut tolleret corpus ieſu ad ſepeliendum.

p Et permiſit Pilatus. Tum propter reuerẽtiam petentis: Tum propter innocentiam chriſti paſſi quem ipſe cognouerat.

q Uenit ergo ⁊ tulit corpus ieſu de cruce: Corpora enim damnatoruʒ non poterant ſepeliri: niſi de licentia preſidis.

r Uenit autem ⁊ Nicodemus qui venerat ad ieſum nocte: vt ſupra dictum eſt. iij. capitu.

s Ferrens mixturam mirre ⁊ aloes quaſi libras centum: iſte etiam Nicodemus ante paſ-

ſionem chriſti ſicut Joſeph erat chriſti diſcipu
lus occultus ſed poſt paſſioné ex feruore ſe ma/
nifeſtauit ſicut ⁊ ioſeph: Sciendum etiam ꝙ li/
cet ex deuotione: iſtam vnctionem faceret: vi/
detur tamen ꝙ plenam noticiam de chriſti re
ſurrectione nō ha
beret quia de eo
erat ſcriptū p ſal.
xv. Nō dabis ſan/
ctum tuum vide/
re corruptionem:
propter qd̄ nō in
digebat vnctione
conſeruante con//
tra putrefactionē.
t Acceperūt er/
go corpus ieſu ⁊ li
gauerunt eum in
lintheis idest pannis lineis inuoluerunt pro/
pter qd̄ ſtatutum eſt ꝙ corporalia ſuper que cō
ficitur corpus chriſti non fiant de panno ſeri/
co: ſed tantum lineo: vt habetur de conſe. diſti.
prima capi: Ex conſultu omnium.
v Erat autem in loco vbi crucifixus eſt ortus.
ideſt prope locum crucifixionis.
x Et in orto monumentum nouū in quo nō
dum quiſquam fuerat poſitus: hoc autem factū
eſt propter certitudinē dominice reſurrectio/
nis: quia ſi fuiſſet ſepultus in monumento: vbi
iā alij fuiſſent ſepulti: poſſet reſurrectio domi
nica a iudeis alteri imputari.
y Ibi ergo propter paraſceuem iudeorum
quia iuxta erat monumentū poſuerunt ieſum:
hoc eſt dictum quia feria ſexta in qua licitum
erat operari ⁊ corpora ſepeliri iam declinabat
ad veſperam ⁊ ideo ſepelierunt ieſum in loco
propinquo: quia non poterant longe portare
propter ſolēnitatem ſabbati de propinquo im/
minentem.

primum ferrens mixtu
rā mirre ⁊ aleos quaſi
libras centum[s]. Accepe
rūt ergo corpus Jeſu:
⁊ ligauerunt eum in lin
theis [t]cum aromatibus
ſicut mos eſt iudeis ſe-
pelire. Erat autem in
loco vbi crucifixus eſt
ortus[v] ⁊ in orto Monu
mentum nouū[x]: i quo
nondum quiſquam po
ſitus erat. Ibi ergo pro
pter paraſceuem iudeo
rū q: Juxta erat monu
mētū: poſuerūt Jeſum[y].

volens ad martyrium debet imminens ſuppli
cium precogitare: ⁊ per patientiam ſe armare
Unde dicit Grego. omelia. xxxiiij. Minus enim
feriunt iacula que preuidentur: ⁊ nos tollerabi
lius mala mundi ſuſcipimus ſi contra hec per
prouidentie clipe
um munimur. ſcie
bat autē ⁊ iudas
qui tradebat eum
locū quia frequē
ter ieſus conuene
rat illuc cum diſci
pulis ſuis: iter qs
erat iudas vt chri
ſtum traderet: ſi/
cut ſathan fuit in/
ter filios dei vt ſan
ctum Job afflic/
tionibus moleſtaret. Jeſus autem ſciens om/
nia que ventura erant ſuper eum proceſſit ⁊c.
queſitus autem a turbis vt facerent eū regem
fugit ſolus in montem: docēs in hoc fugere mū
danos honores: ⁊ promptum eſſe ad labores:
vt ergo dixit eis: Ego ſum abierūt retrorſū ⁊c.
Ille qui cadit retrorſū non videt ſui caſus pe/
riculum: ſic etiam labentes in culpam: non vi/
dent ſui lapſus miſeriam. Sinite hos abire: p
hoc oſtenditur ꝙ ſuperiores debent ſuos ſub/
ditos fideliter adiuuare ⁊ ſe mortis periculo
exponere pro ipſorum defenſione. Symon au/
tem. Petrus habens gladium ⁊c. exponatur ſi
cut ſupra Math. xxvj. capi. ⁊ Mar. xiiij. ⁊ Lu.
xxij. Erat autē ſeruo nomen Malchus qui in/
terpretatur rex eorum ⁊ ideo per abſciſſionē
auricule ſue ſignificata fuit abſciſio regalis ⁊ pō
tificalis eminentie iudeorum. Et adduxerunt
eum ad Annam primū querentes ei placere:
quia cum Caypha fuerat in conſilio de chriſti
morte: ſic multi faciunt querētes de malis pla/
cere hominibus peruerſis: Ego palā locutus
ſum mundo tanq̄ habens ſanam doctrinā cō
tra hereticos que magis docēt in occulto. Nū/
quid ⁊ tu de diſcipulis es hominis iſtius: dixit
ille non ſum. Exponatur vt ſupra. Math. xxvij.
capi. ⁊ Marc. xiiij. ⁊ Luc. xxij. Adducunt ergo
ieſum a Caypha in pretorium ſcz Pilati: ⁊ ipſi
nō introierunt vt non contaminarētur ⁊c. iſti
ſunt ſimiles illis qui faciunt conſcientiam ma/
gnam de minimis: ⁊ multo grauiora cōmittūt
ſicut iſti timebant contaminari per ingreſſum

## Expoſitio moralis Joannis. capi. xviij.

¶ Egreſſus eſt ieſus cum diſcipulis: ſuis tranſ/
torentem cedron: qui interpretatur triſtis me
ror: per hoc igitur ꝙ chriſtus iuit illuc immi//
nente ſua paſſione ſignificatur ꝙ chriſtianꝰ ire

domus Pilati qui gentilis erat: ⁊ tamen toto conatu procurabant mortem chriſti qui innocentiſſimus erat. Si non eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus eum. quaſi dicāt nos ſumus tante veritatis ⁊ iuſtitie ꝙ nobis deberet credi ſimplici verbo ſine alia diſquiſitiōe: ⁊ ſic homines malitioſi ſe iuſtificant coram iudicibus vt magis nocere valeant innocēti. Nobis non licet interficere quemq̃. Sic dicunt mali clerici de corporali morte layci: ⁊ tamen habent pro modico multos interficere ſuo malo exemplo morte ſpirituali que peior eſt interfectione corporali. Reſpondit ieſus regnum meum non eſt de hoc mundo. Multi prelati qui tamen ſunt eius vicarij contrarium videntur dicere facto in pompis equantes ſe principibus terrenis vel etiam excedentes. Omnis qui eſt ex veritate audit vocem meam quam non audiunt multi doctores ⁊ ſcholares theologi: qui neglecta ſacra ſcriptura circa curioſa ⁊ inutilia ſunt intenti. Quid eſt veritas: per hoc autem ꝙ non expectauit chriſti reſponſuȝ ſignificata fuit eius inſtabilitas qua timore Ceſaris ⁊ fauore iudeorum a veritate declinauit dando ſententiam contra chriſtuȝ: ⁊ ſic hodie faciunt multi iudices timore vel fauore a veritate iudicij declinantes. Clamauerunt ergo rurſus omnes ⁊c̃. Exponatur ſicut Matthei. xxvij. capitulo. ⁊ Marci. xv. ⁊ Luc. xxiij.

Expoſitio moralis eiuſdeȝ paſſionis, Joānis xix. capitulo.

Tunc ergo apprehendit eum Pilatus ⁊ flagellauit ⁊ milites plectentes coronam ⁊c̃. Beda. Et q̃uis milites hoc illudendo facerent nobis tamen operabantur miſteria: nam per ſpineam coronam noſtroruȝ deſignatur ſuſceptio peccatorum que ſicut ſpinas terra noſtri corporis germinat in veſtimento purpureo: caro eius paſſionis obiecta ſignificatur. Purpura etiam veſtitur cum de triumphis ſanctorum martirum gloriatur. Aue rex iudeorum ſic faciunt illi qui in eccleſijs deuotionis oſtendunt ſigna: cito poſt iniurias chriſto graues in mēbris ſuis faciunt. Clamabant dicentes crucifige ⁊c̃. Nam obſtinata nequitia non emolitur miſericordia. Reſponderunt pontifices: non habemus regem niſi Ceſarem: hoc facto Clamant noſtri pontifices ⁊ curati qui ſuas eccleſias dimittentes ingerunt ſe negocijs temporalibus principatus vel regni. Et baiulans ſibi crucem ⁊c̃. per hoc nos inducens ad ſui ſequelam: ſicut dixerat Matth. xvj. capi. Si qs vult poſt me venire abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucem ſuam ⁊ ſequatur me. Et cuȝ eo alios duos ⁊c̃. Exponatur ſicut Matth. xxvij. capit. ⁊ Mar. xv. ⁊ Luc. xxiij. Quod ſcripſi ⁊c̃. per hoc autem ꝙ iudeis petentibus: Pilatus delere titulum qui ſonabat confuſione iudeorum noluit: ſed magis ipſum confirmauit: ſignificatum fuit ꝙ chriſti mors ad confuſſionem eoruȝ erat futura per exercitium romanorum: ⁊ ad regni chriſti exaltationem propter ſequentem reſurrectioneȝ propter qđ tunc dixit. Matth. vltimo capi. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra. Milites ergo cum crucifixiſſent eum acceperunt veſtimenta eius ⁊c̃. Exponatur ſicut Matthei. xxvij. ⁊ marc. xv. Cum ergo vidiſſet ieſus matrem ⁊c̃. Per hoc autem ꝙ poſitus in tanto tormento matri ſue prouidit de miniſtro: docuit nos in quocunq̃ ſtatu ſimus honorare parentes debemus quantum poteſt fieri bono modo: Et inclinato capite tradidit ſpiritum. Theophi. Tradidit autem dominus ſpiritum deo patri oſtendens ꝙ nequaquam ſanctorum anime conuerſantur in tumulis: ſed deueniunt ad manus patris omnium peccatoribus ad locum penarum delatis videlicet in infernum. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit ⁊c̃. Theophi. Ut iudeis placeant lanceant chriſtum circa corpus ⁊ anime contumelias inferentes. Iſti autem ſunt ſimiles illis qui mortuos perſecuntur. Et continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua: ex quibus habent efficatiam ſacramenta. Poſt hoc autem rogauit ioſeph pilatum ⁊c̃. Exponatur ſicut matth. xxvij. ⁊ marc. xv: Uenit autem ⁊ Nicodemus ⁊c̃. ſequitur ferens mixturam mirre et aloes ⁊c̃. per ipſum ſignatur doctor bonus ferens mixturam. ideſt doctrinam ex auctoritatibus ſacre ſcripture confectam ad vnguendū corpus chriſti miſticum ad eius ſalutem ⁊c̃.

Sequitur. Sabbato ſancto. Euangelium ſm Mattheum. xxviij. capitulo.

Expoſitio litteralis.

Sabbato ſancto. Euangelium ſm mattheum. xxviij. capi.

Veſpere autem[a] Sabbati: q̃ Luceſcit in ꝑma ſabbati[b]: venit maria magdalene ⁊ altera maria videre ſepulchꝛuȝ[c]. Et ecce terremotus factus ē magnus[d]. Angelus enī domini deſcendit de celo[e]: Et accedens reuoluit lapidē ⁊ ſedebat ſuper eum[f]: Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur[g]. ⁊ veſtimēta eius ſicut nix[h]. Pꝛe timoꝛe autez eius exterriti ſūt cuſtodes ⁊ facti ſūt velut moꝛtui[i]. Reſpōdens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos. Scio eniȝ ꝙ Jeſum[k]: qui crucifixus eſt queritis[l]. Non ē hic Surrexit enim ſicut dixit[m]. Venite ⁊ videte locum[n]: vbi poſitus erat dominus[o]. Et cito euntes dicite diſcipulis: eius quia ſurrexit. Et ecce pꝛecedet vos in galileā[p]. Ibi eū videbitis ecce pꝛedixit vobis.

Veſpere autem. Poſtq̃ȝ Euangeliſta deſcripſit chꝛiſti paſſionem ⁊ ſepulturaȝ hic conſequenter deſcribit ipſius reſurrectionem. Et ꝑmo deſcribitur dominice reſurrectionis manifeſtatio per Angelum deſcēdentem. Circa qd ſunt tria notanda Pꝛimo mulierū deuotio. ſecundū Angeloꝛum apparitio ibi. Et ecce terre motus. Tertio referrectionis manifeſtatio ibi. Scio eniȝ Ad euidentiam pꝛimi cōſiderandum ꝙ denomiatio fit a nobilioꝛi ideo apud iudeos omnes dies hebdomade dnoiabātꝛ a ſabbato ita ꝙ dies imediate ſequēs ſabbatuȝ dicebatꝛ ꝑma ſabbati. i. pꝛia a ſabbato. Alia ſcḋa ſabbati: ⁊ ſic conſequēter ab illa autē hoꝛa qua chꝛiſtus fuerat ſepultus non poterāt mulieres emere aromata ad inungendum chꝛiſtum vſq; ad veſperam diei ſequentis quia ſolēnitas ſabbati incepta erat ab hoꝛa ſepulture: in qua nō licebat aliquid emere: vſq; ad veſperam ſequentis diei. ſcilicet ſabbati. Et tunc. ſ. veſpere ſabbati emerunt aromata ⁊ pꝛeparauerunt ſe ad veniendū non tamen venerunt pꝛopter noctem de pꝛoximo iminentem: ſed in mane ſequenti venerūt in ꝑma hoꝛa diei ſequētis: q̃ dicebatꝛ ꝑma ſabbati. Sic ergo conſtruenda eſt littera. a Veſpere autem ſabbati. que ſcilicet veſpera. b Luceſcit in pꝛima ſabbati. i. incipit illuceſcere in pꝛincipio diei ſequentis. c Venit maria ⁊c. pꝛemittitur autem ibi veſpere ſabbati: non qꝛ illa hoꝛa venerunt ad monumentum vt dictum ē: ſed qꝛ tūc ſe pꝛeparauerūt ad veniendum videre ſepulchꝛum ideſt qualiter poſſent ingredi ad vnguēdum chꝛiſtū. d Et ecce terre motus Hic deſcribitur angelica apparitio: nō ad hoc ꝙ Angelus pꝛepararet exituȝ de ſepulchꝛo domino reſurgenti: qꝛ chꝛiſtus exijt clauſo ſepulchꝛo ⁊ intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis: ſȝ vt oſtenderet ſepulchꝛum vacuū ⁊ reſurrexiſſe dominuȝ hoc eſt ergo ꝙ dicitur. d Et ecce terre motus fact9 eſt magnus cuius cauſa ſubditur. e Angelus autez domini deſcendit de celo. i. virtute eius factus eſt ille terre motus: quia coꝛpoꝛalia obediunt angelis ad nutum q̃ȝtum ad motum localem. f Et accedēs reuoluit lapidem: vt oſtēderet xpi reſurrectionē cōpletā. g Erat aūt aſpectus eius ſicut fulgur: ad icuciendū terroꝛē cuſtodib9 h Veſtimentuȝ eius ſicut nix: ad dandum conſolationeȝ mulierib9 ꝓpter qd ſubditꝛ. i Pꝛe timoꝛe autez eius ⁊c. ⁊ illud qd ſeqtur. Rñdens āt Angelus dixit mulierib9 nolite timere ⁊c. k Scio. n. Hic ponitꝛ dñice reſurrectionis manifeſtatio: q̃ qdē reſurrectio ꝑ manifeſtatꝛ mulierib9 ipſuȝ deuote q̄rētib9 ⁊ h̄ eſt qd dꝛ. k Scio. n. ꝙ ieſuȝ q crucifixus ē. h̄ additur ad drīam alioꝝ qa multi erāt q vocabātꝛ noīe ieſu. l Queritis. in ſepulchꝛo ſicut moꝛtuum m Nō eſt hic: ſurrexit. n. ſic dixit. Hoc āt addidit angelus vt reduceret ad memoꝛiā vba xpi dei añ paſſionē ſuā vt ſic magis crederēt reſurrectionē ei9 factā. n Venite ⁊ videte locū: vacuum. ſ. o Vbi poſitus erat ⁊ pȝ lr̄a ſequitur. p Pꝛecedet vos in galileā ibi. euȝ videbitis. non ſolum in beatitudine ſed in ꝓpinquo tpe ⁊ pꝛopinqua regione anteq̃ȝ aſcendat in celum.

Expoſitio moꝛalis.

Veſpere aūt ſabbati. ſeqtur. Et ecce terremot9 ⁊c. Beda. Qd terremotus reſurgente dño: ſicut ⁊ ipſo moꝛiēte in cruce factus eſt magnus;

ſignificat terrena prius corda per fidem paſſionis ac reſurrectionis eius ad penitentiam concutiendo ſalubri, fauore cõmota. Angelus eniʒ dñi deſcẽdit de celo. Angelus iſte ſignificat bonum prelatũ: de quo dr̃ Malach. ij. ca. Angelꝰ dñi exercituũ ẽ q̲ deſcendit de latitudine contẽplationis diuine ꝑpt releuationẽ neceſſitatis fraterne. Et reuoluit lapidem impedimentũ tollens accedẽdi ad xp̃i monumentũ: qꝛ monet mentes ſubditorum ad cõſiderationem mortis xp̃i p̲ cõpaſſionem ⁊ reſurrectionis eius per celeſtiũ amorem: aſpectꝰ eius ſicut fulgur nam obſtinatos terret. Et veſtimenta eius ſicut nix quia penitentes demulget: in ſignum huius ſubditur. Pre timore aũt eius exterriti ſunt cuſtodes: ⁊ mulieribꝰ dixit. Nolite timere vos venite ⁊ videte locum ⁊c̃. per diligentem meditationem predictorum. Et cito euntes. i. alios inducentes ad ſilẽ bonũ. Precedet vos in galileam ⁊c̃. que tranſmigratio interpretat̃ q̃ xp̃s trãſmigrans ad celeſtia preceſſit ad preparãdũ electis ſuis loca. ibi eũ videbitis. facie ad faciem in gloria.

¶ Queſtio fratris Antonij betontini. Scio enĩ q̃ Jeſum qui crucifixus eſt q̃ritis Matth. xxviij. cap. Sup̲ quibus verbis querit̃. Utruʒ ſi ꝯtingat aliquẽ ex ignorãtia ſacr̃m ſumere cũ mortali peccato peccet mortaliter. Ad qđ breuiter dicit̃ q̃ huius ignorantie cã duplex eſſe põt. Prima negligentia: qꝛ homo vel negligit audire doctoris verbũ vñ poſſit illuminari de malis cõmiſſis ⁊ de bonis amiſſis: vel negligit querere recta conſilia ⁊ confeſſorem perituʒ q̲ eum erudiat ⁊ examinet de predictis: vel quia negligit examinare ꝯſciam ſuam: ſed impreparate ⁊ intrincate: atq̲ʒ quadam inani leuitate: ⁊ p̲nitioſa tarditate eligit in fine quadrageſime confiteri. ꝓpter que oĩa peccata ⁊ eoꝝ circũſtãtias non cognoſcit vel recolit: ⁊ per ꝯñs nõ plene ꝯfitet̃ ex culpa ſua. Et qꝛ ſm̃ doctoreʒ ſubtilẽ hec eſt ignorantia craſſa ⁊ affetata taliter ſuſcipiens corpus xp̃i mortaliter peccat: q̲a facit ꝯ

Ecce predixi vobis.

Dominica in reſurrectione domini epiſtola Pauli p̲me epiſtole ad Corin. v. cap.

FRẽs: Expurgate vetus fermentuʒ: vt ſitis noua conſpſio[a] ſicut eſtis[b] azimi[c] Eteni paſcha noſtruʒ[d]

illud apl̃i. j. ad Corin. xj. ca. Probet aũt ſeipſuʒ hõ ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat: qui mãducat ⁊ bibit indigne iudiciũ ſibi mãducat ⁊ bibit non diiudicãs corpus dñi. Scđo ſi ignorat culpam: nã lʒ ſufficienter examinauerit cõſcientiam ſuã: ⁊ q̃ſierit ꝯfeſſorẽ peritũ: ⁊ diſcreta cõſilia ac plene q̃ʒtũ valuit doluit, đ cõmiſſis: tñ q̃nq̲ʒ remanet in eo mortalis culpa: cuius oĩo non recordat̃ vel forte nõ plene contritus eſt: ⁊ tal̃ inſufficiẽtia excuſabilis eſt: qꝛ hõ de cõi lege certus eſſe nõ põt: vtrũ peniteat digne iuxta illud Eccle. ix. ca. ſcriptũ eſt. Nemo ſcit. vtrũ odio vel amore dignꝰ ſit. Et ꝓph̃a in pſal. dicit. Delicta q̲s intelligit: ab occult[is] meis mũda me dñe: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. Hoc igit̃ mõ vſq̲ʒ ad ſacramẽti cõmunionẽ accedere debet: vt iuxta verba Pauli ad Colo. iij. Que ſurſum ferventer voluit diſponere q̃rat. Ad qđ exequẽdũ nouẽ ꝑparationes req̲rũt̃. videlʒ ꝯſcie examinatio: peccatoꝝ cõtritio. Eoꝝ vera ꝯfeſſio. Oĩs imũditie extirpatio. Oĩs negligẽtie excuſſio: Diſcreta p̲meditatio: Deuota ⁊ hũilis orõ. Charitatiua ferueñſq̲ʒ deuotio. Finis queſtionis Betoni.

Expoſitio litteralis.

a IN hac ep̃le lectione. Paulus apoſtolus arguit culpe radicem. ſ. ꝯtẽtationẽ: quã Corinthij hẽbant ad inuicẽ: p̲ q̃nã non ſolũ correptionẽ negligebãt: ſed etiã alijs imminebãt periculũ infectiõis vt pʒ per exempulm adductũ in hac ep̃la dũ dicit q̃ modicũ fermẽtũ totã maſſam corrũpit: circa qđ exẽplũ ẽ itelligendũ q̃ in fermento duo ſunt. ſ. ſapor ṽtualit̃ inquãtũ reddit panẽ ſapidũ ⁊ ſic doctrina euãgelica cõparat̃ fermẽto. Matth. iiij. ca. Aliđ eſt corruptio: ⁊ ſic cõparat̃ pctõ: ne igit̃ eoruʒ pctã alios inficerent: ideo ap̃ls arguit eos dicens. a Expurgate vetus fermentuʒ: vt ſitis noua ꝯſpſio. p̲ aſpſionẽ aque baptiſmalis. b Sicut eſtis. i. eſſe debetis. c Azimi. i. ſine fermẽto pctĩ: qđ declarat p̲ figurã veteris teſtamẽti dicẽs d Etenim paſcha noſtrum ⁊c̃. Agnus enim

paſchalis: de quo habet Exo.xij.cap. figura fuit
imolatiōis xp̄i: ꝑ quē liberati ſum⁹ a demonis
poteſtate: ſicut filij iſrael per ſanguinem agni
paſchalis ab angelo deuaſtante. Carnes autē
illius agni cū azimis panibus ꝯcedebant: qb⁹
ſeptē diebus filij
iſrael vtebant ⁊ ꝑ
h̄ ſignificabat: ꝙ
vita populi chri/
ſtiani dꝫ eſſe ſine
fermēto mortalis
peccati: iō ſbdit.
a Itaqꝫ epule/
mur. i. vitā pūrem
tranſeamus.
b Non in fermē
to veteri. i. in pec
cato qd̄ aiaꝫ ineue
raſcere fac̄ ſpūalr.
c Neqꝫ in fermento malitie ⁊ nequitie: per h̄
intelligit peccatuꝫ ex certa malitia: ⁊ a ꝓpoſito
factū qd̄ ꝯtingit dupliciter: vno mō ex hītu ac/
quiſito: ex actibus malis: qd̄ intelligit ꝑ fermē
tum malitie. Vn̄ dicit ꝓuerb. Qui letant cum
male fecerint: ⁊ exultant in rebus peſſimis. Si
gnum eni habitus generati eſt delectatio i ope
ij. Ethi. Alio mō ex corruptōe nature ſicut aliq
ex malitia cōplexiōis inclinant ad aliqua: que
ſm ſe ſūt horrida: vt effuſio ſanguinis humani
vitium ꝯtra naturā maxime cū beſtijs: ⁊ vocat
hic factum neqtie. d Sed i azimis ſinceri
tatis quantū ad puritatē affectus. e Et ve/
ritatis quantū ad puritatem intellectus.

¶ Queſtio Alexandri de ales in. iij. ſniaꝝ.
Etenim paſcha noſtrū imolatus eſt xp̄s. Pau.
ad Corin. v. cap. Sup quibus querit: vtrū re/
ſurrectio xp̄i debuerit differri vſqꝫ in diē tertiū
Et pro parte negatiua ſic arguit. Nō eſt maior
dignitas ſerui q̄ꝫ dn̄i: ſi ergo ex indignitate eſt
reſurrectionis dilatio: ergo non magis dꝫ dif/
ferri reſurrectio xp̄i q̄ꝫ alicuius ſerui: ſed aliq
ſerui rapient ob viam xp̄o in aera. j. Teſſa. iiij.
cap. Et erit eoꝝ reſurrectio in momento tp̄is:
ergo multo fortius reſurrectio xp̄i. Contra. j.
Corin. xv. ca. Reſurrexit tertia die glo. ꝓbata
vera morte ⁊ hoc tertia die vt credat eadē po
teſtate nos poſſe ſuſcitare. Sed ſi ſtatim retur/
rexiſſꝫ non crederet vere mortuus: cū ergo nō
debuerit reſurgere ita vt probaret verā mortē

imolatus eſt chriſtus
Itaqꝫ epulemur[a]: non
in fermento veteri[b]: ne
qꝫ in fermēto malitie ⁊
nequitie[c]: ſed i azimis
ſinceritatis[d] ⁊ vitatis[e].

**Dñica in reſurrectiōe domini euāgelium ſm Marcum. xvj. cap.**

In illo tp̄e Et cuꝫ trā
ſiſſꝫ ſabba
tū[f] Maria
magdale
ne ⁊ maria iacobi ⁊ Sa
lome emerūt aromata:
vt venientes vngerent

debuit differri reſurrectio vſqꝫ in diem tertiū
vt ſic in ore duoꝝ vel trium teſtiū ſtaret omne
verbuꝫ ⁊ in illis tribus diebus experiri poſſet
omne factū. Rn̄deo dicendū ꝙ cōueniens fu/
it ꝙ expectaret tertiū diem ꝓpter tria. Primo
propter ſignifica/
tionem Luc. xxiij.
ca. Oportuit xp̄m
pati ⁊ reſurgē ter
tia die. glo. Meri
to vna die ⁊ dua/
bus noctibus i ſe
pulchro iacuit: qa
lucem: ideſt grām
ſue mortis que tm̄
in carne erat tene
bris noſtre duple
mortis: quia i car
ne ⁊ anima erant
oppoſuit ⁊ hoc ad ſignificanduꝫ ꝙ lux ſue mor
tis curauit noſtram duplam morteꝫ. Scd̄o pro
pter probationem: quia ſicut in ore duorum vel
trium teſtium ſtat omne verbum: ſic in tribus
diebus experitur omne factum. Unde hec eſt
ratio litteralis: ſcilicet vt probaret veram mor
tem ſm gloſam predictam. Tertio propter ſue
poteſtatis oſtenſionem: quia ſi ſtatim reſurre/
xiſſet non videretur habere poteſtatem ponē/
di animam ſuam ſicut reſumendi: ⁊ hoc eſt qd̄
dicit gloſa ꝑma Corin. xv. cap. Probata vera
morte ⁊c̄. Ad illud ergo qd̄ obijcitur ꝙ nō eſt
maior gloria ſerui q̄ꝫ domini. Dicendum ꝙ h̄
non eſt propter dignitatem ſeruorū: ꝙ ipſi ſta/
tim reſurgant: ſed propter gloriam electorum
que amplius non debet differri: vnde in inſtā/
ti morientur: ⁊ incinerabūtur ⁊ reſurgent ⁊c̄.

Expoſitio litteralis.

f Et cum tranſiſſet ſabbatum. Poſtq̄ꝫ de
ſcripta eſt reductio peccatoris in deū
per xp̄i predicationē ⁊ ſue paſſionis
redēptionē. Hic ꝯn̄ter deſcribit dicta reductō
per manifeſtam reſurrectionē: qd̄ dupliciter ſcm̄
eſt. ꝑmo per mulieres. ſcd̄o per angelos ibi: Et
introeuntes. Circa ꝑmā parteꝫ deſcribit aduē
tus mulieꝝ ex deuotione ad ſepulchrū vbi au/
dierūt ab angelo reſurrexiſſe dn̄m. ⁊ h̄ ē qd̄ dr̄.
f Cum tranſiſſet ſabbatū: quādiu eni durare
rat ſabbatū non erat eis licitū aliqd emere: ſed
in veſpere eiuſdeꝫ diei terminabat ſolēnitas ⁊

tunc emerunt aromata vt in craſtino bene ma
ne venirent ad ſepulchrum.ideo ſequitur.
a Et valde mane vna ſabbatorum.i. pͥma die
illius hebdomade,poſt ſabbatū ſicut dͥ Gen.
j.ca.Et factum eſt veſpere ⁊ mane dies vnus.i.
primus. Sciendū
etiam q oēs dies
illiꝰ hebdomade
vocabanł ſabbata
pro tanto qꝛ erāt
feſtiue eo qꝺ ſolē/
nitas paſchal' du/
rabat ſeptē diebꝰ.
prima tñ die ⁊ ſep
tima erāt celebrio
res inter mediꝭs
ita q in illis pote
rant emi aromata
illa. b Orto iā
ſole.i.ad ortuꝫ ap
propinquāte.Sol
eniꝫ pōt intelligi
oriri dupliciter.
Uno modo perfecte quando primo egreditur
⁊ apparet ſuper terram:⁊ ſic non accipitur hic
Alio modo quando lux eius incipit apparere
ſcꝫ in aurora.⁊ ſic accipitur hic ortus ſolis:⁊ iō
Joannis.xx.cap.dicitur.Adhuc tenebre erant
quia aurora media eſt inter tenebras noctis ⁊
lucem perfectā diei:⁊ ideo ab vtroqꝫ poteſt no
minari ſicut medium ab extremis:quia parti/
cipat naturam vtriuſqꝫ extremi.
c Quis reuoluet nobis lapidem. quaſi dicat
non poſſumus reuoluere per nos ipſas:qꝛ erat
magnus valde: ⁊ poſtea ſubditur.
d Uiderunt reuolutum lapidem per angelū
qui venerat ad manifeſtandum Chriſti reſur/
rectionem factam.
e Et introeuntes in monumentum. Hec eſt
ſcđa pars manifeſtationis reſurrectiōis.ſ. per
angelos:⁊ ideo dicitur.
e Et ideo introeuntes in monumentum.
i deſt intra clauſuram:que erat circa monumē/
tum.dicitur autem monumentuꝫ quaſi monēs
mentem.ſ.illius qui aſpicit: vt oret pro anima
ſepulti:⁊ precogitet de morte propria.
f Uiderunt iuuenem. Luce.xxiiij.cap.dicit.
Ecce duo viri aſtiterunt ſecus illos in veſte ful
genti:ideſt duo angeli in ſpecie virorum: ppͤ
hoc dicit Auguſtinus.q ibi apparuerunt tres
angeli.Unus extra monumentum intra tamē
predictam clauſuram ſedēs ſuper lapidem re/
uolutum.Sed intra monumentuꝫ apparuerūt
duo vnus ad caput ⁊ alius ad pedes vbi poſitū
fuerat corpus Jeſu vt dicitur Joannis.xx. cap.

Jeſum. Et valde mane
vna ſabbatoruꝫ veniūt
ad monumētum[a]: orto
iam ſole[b]. Et dicebant
ad inuicem. Quis re-
uoluet nobis lapidem
ab hoſtio monumēti[c]?
Et reſpiciētes viderūt
reuolutum lapidem[d].
Erat quippe magnus
valde. Et introeuntes ī
monumētum[e] viderūt
iuuenem ſedentem in
dexteris[f]: coopertū ſto
la candida:⁊ obſtupue
rūt. Qui dicit illis. No
lite expaueſcere Jeſuꝫ
queritis nazarenū cru
cifixum ſurrexit nō eſt
hic. Ecce locus vbi po-
ſuerūt eū. Sꝫ ite dicite
diſcipulis eiꝰ ⁊ petro[g]:
quia precedet vos ī ga-
lileam. Ibi eum videbi
tis:ſicut dixit vobis.

g Dicite diſci/
pulis eiꝰ ⁊ petro:
Specialiter noīat
Petruꝫ aliter nō
fuiſſet auſus veni
re ad preſentiam
domini quem ne/
gauerat.

¶ Expoſitio mo/
ralis.

Et cum tranſiſ/
ſet ſabbatum.ſeq/
tur vt venientes
vngerent Jeſum.
Gregorius. Nos
autem in eū qui mortuus eſt credētes ſi odore
virtutum referri cum opinione bonorum ope
rum deum querimus ad monumentum ipſius
cum aromatibus venimus:⁊ viderunt reuolu/
tum lapidem.per hoc autem reſeratio myſte/
riorum Chriſti ſignificatur que velamine le/
gis in lapide ſcripte tegebātur. Precedet vos
in galileam ⁊c. que tranſmigratio interpreta/
tur:propter quod qui vult eum videre debet ā
vitiꝭs ad virtutes tranſmigrare ⁊c.

¶ Queſtio Alexandri de ales in tertio ſenten
tiarum. Surrexit non eſt hic. Mar.xvj.capi.
Super quibus verbis queritur. Utrum reſur
rectio Chriſti ſit cauſa iuſtificationis animarū
⁊ quomodo ⁊ vtrum ſit in genere cauſe effici
entis. Ad hoc ſic primo arguitur: Roma.iiij.
cap. Reſurrexit propter iuſtificationeꝫ noſtrā
glo. Utraqꝫ mors Chriſti ⁊ reſurrectio iuſtifi/
cant. Contra reſurrectio Chriſti ordinatur ad
futuram gloriam:iuſtificatio ad preſentem gra
tiam:ergo nulla eſt cauſalitas reſurrectiōis re
ſpectu iuſtificationis. Ad qꝺ dicēdū q reſur
rectio Chriſti poteſt dupliciter conſiderari: vt
eſt in re vel vt eſt in anima per conſideratione

ſm q̄ conſideratur in re:ſic ſe habet duob⁹ mo
dis ad noſtram iuſtificationem ſcilicet ꝑ mo/
dum diſpoſitionis:⁊ per modum exemplaris:
per modum diſpoſitiōis quia tota humana na
tura ordinatur ad naturam humanam in xp̄o.
Unde cuʒ vnitur
in Chriſto deitas
tota ſublimat̄. Ita
vt ſit i maiori par
ticipatione deita
tis. Hinc eſt q̄ ha
betur in reueren/
tia a ſanctis ange
lis:vt dicit̄ Apoc̄.
xix.ca.⁊ hoc patet
quia diabolus qui
ante incarnatiōeʒ
adorabatur ab ho
mine:iam non adoratur etiam a barbaris na/
tionibus . Diſponitur ergo magis ac magis ꝑ
incarnationem ⁊ paſſionem:⁊ etiam ꝑ reſurre
tionem ad maiorem gratiam. Unde pſal. Re/
ſpice in faciem chriſti tui.glo Fac chriſtum in/
noteſcere omnibus vt poſſimus ire de virtute
in virtutem. Item ſe habet per modum exem/
plaris ad noſtrā iuſtificationem: ſm q̄ dicitur
Roma.vj.cap. Quēadmodum chriſtus reſur/
rexit ita nos in nouitate ambulem⁹: ⁊ iſto mō
ſe habet ad iuſtificationem noſtrā preſentem.
Duplex eſt enim iuſtificatio. Nam iuſtificatio
eſt rectitudo a curuitate in rectitudinē. Iuſtifi
catio in preſenti eſt a curuitate culpe ad recti/
tudinē gratie. Futura v̄o iuſtificatio erit a cur
uitate miſerie ad omnimodam rectitudinem:
⁊ ſic iuſtificationis future eſt exemplar ſeu cau
ſa exemplaris:⁊ ſic ſe habet ſm q̄ conſideratur
in re:ſm autem q̄ cōſideratur in anima:vt cre
dita ⁊ amata iuſtificat:⁊ in gloria conſumatur.
Ad illud quod obijcitur q̄ vtraq̄ mors chri/
ſti ſcʒ ⁊ reſurrectio iuſtificant. Dicendum q̄ ve
rum eſt quātum creduntur ⁊ amantur ſed hoc
eſt diſponēdo. Reſurrectio eni̅ credita ⁊ ama/
ta diſponit ad iuſtificationem. Reſurrectio v̄o
ſignum eſt ⁊ cauſa iuſtificationis ſoluʒ. Paſſio
autem cauſa eſt ſm qđ dicit glo. Bede. Et ideo
magis attribuitur iuſtificatio reſurrectioni q̄ʒ
paſſioni:quia ſignum ⁊ cauſa eſt ⁊ complemen
tum.

## Feria ſcđa poſt paſcha
Epiſtola actuū apoſto-
lorum.x. cap.

In diebus illis: Stās Petrus in medio ple
bis dixit. Uiri frēs. Uos ſcitis[a]
qđ factum eſt verbum[b]
per vniuerſam iudeam
Incipiens enim a gali
lea[c] poſt baptiſmuʒ[d] qđ
predicauit ioannes[e] Je
ſum a nazaret. Quō vn
xit eū deus[f] ſpū ſancto[g]

Expoſitio litteralis.

a Vos ſcitis qđ factuʒ eſt verbum ꝑ vni
uerſam iudeam incipiens enim a ga/
lilea poſt baptiſmum quod predicauit
Ioānes Jeſum a nazaret. Pro intelligētia hu/
ius lectionis eſt intelligenduʒ q̄ fides media/
toris ſemper fuit
neceſſaria ad ſalu
tē:non tamen vni
formiter ſcʒ omni
tempore ⁊ omni/
bus populis. poſt
publicationē eniʒ
euangelij omnes
tenētur habere fi/
dem explicatā de
mediatore quan/
tum ad articulos
incarnationis: na
tiuitatis ⁊ huiuſmodi: ⁊ etiam cōmuniter in
eccleſia ab omnibus proponunt credenda. Añ
declarationem v̄o natiuitatis Chriſti maiores
iudeorum quibus data fuit lex. Et prophete de
iſtis facientes mentionem tenebantur habere
fidem de mediatore:minus tamen explicitam
q̄ʒ in nouo teſtamento:quia veritas eſt; magis
elucidata. Minores v̄o iudeorum adhuc mi/
nus explicite ⁊ ſufficiebat eis ad ſalutem credē
meſſiam futurum ſicut lex ⁊ prophete nuncia/
bant quodam tamen in generali lʒ ſignificet le
ges ⁊ prophetas: non tamen eas intellexit in
ſpeciali. Ante v̄o legem ⁊ prophetas tempore
legis nature ſufficiebat omnibus credere vnū
deum remuneratorem bonorum per modum
ab eo cognitum:ideo dicitur hebre.xj.ca. Ac/
cedentem ad deum oportet credere quia eſt. ⁊
hoc eſt q̄ dicitur. Uiri fratres.
a Uos ſcitis. quia inter iudeos habitaſtis.
b Quod factum eſt verbuʒ ⁊c̄. ideſt res ver
bo ſignata: ⁊ que ſit illa ſubditur poſt Jeſum a
nazaret. ſ. veniſſe ad predicandum ſalutem.
c Incipiēs enim a galilea. ibi enim incepit
predicare:vt patet Luc̄.iiij.cap.
d Poſt baptiſmum. ſcʒ Joannis. quia ante
non legitur publice predicaſſe.
e Quod predicauit Joannes. ideſt q̄ my/
ſterium Chriſti futuri Joannes predicauit vt
patet ex de curſu euangelij.
f Quomodo vnxit eum deus. ſcilʒ Jeſum in
humana natura. Et ideo ſequitur.
g Spiritu ſancto. ideſt plenitudine gratie

⁊ virtute[a] qui pertrāſiuit benefaciendo[b]: ⁊ ſanando omnes oppreſſos a diabolo[c]: q̄m deꝰ erat cū illo[d]. Et nos teſtes ſumus[e] omniū que fecit in regione iudeorum ⁊ hieruſalem: quē occiderunt ſuſpendentes in ligno. Hunc deꝰ ſuſcitauit tertia die: et dedit eum manifeſtum fieri[f]: nō omni populo: ſed teſtibus preordinatis a deo[g]: nobis q̄ manducauimus ⁊ bibimus cum illo poſtq̄ ſurrexit a mortuis[h]. Et p̄cepit nobis p̄dicare populo ⁊ teſtificari[i] quia ipſe ē deus qui conſtitutus ē a deo[k] iudex viuorum ⁊ mortuorum[l]. Huic oēs prophete teſtimoniū[m] perhibent remiſſionē peccatorum accipere p̄ nomē eius omnes qui credunt in eum.

Feria ſc'da poſt paſcha Euāgelium ſm̄ Lucam xxiiij. cap.

In illo t̄pe Duo ex diſcipulis ieſu[n]: ibant ipſa die[o] i caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab hierl'm[p] noīe hemaꝰ. Et ipi loquebātur ad iuicē d' his oibꝰ q̄ acciderāt. Et factū ē dū fabularent̄[q] ⁊ ſecū q̄rerent. ⁊ ipſe Jeſus appropinquās ibat cū ill'. Oculi āt illoꝝ tenebāt̄

a Et virtute in opatione miraculoꝝ in q̄bus humanitas xp̄i erat inſtrumentū cōiunctiuū. b Qui pertranſijt benefaciendo quantū ad īformationē moꝝ ⁊ ſanationem languidoꝝ. c Et ſanādo oēs oppreſſos a diabolo. mente ⁊ corpore. d Quoniā deus erat cū illo. p̄ plenitudinē grē: ⁊ p̄ vnionē p̄ſonalem in ſuppoſito vbi. e Et nos teſtes ſumus ⁊c̄. p̄ viſum ⁊ auditum. f Et dedit eū manifeſtū fieri. p̄ multa argumenta ſuā reſurrectionē declarantia que poſita ſunt. j. cap. g Non omni populo: ſed teſtibus p̄ordinatis a deo: ſm̄ enim q̄d dicit Dionyſiꝰ libro celeſtis ierarchie ⁊ hec eſt lex diuinitus inſtituta: vt ea que trāſcendūt cognotionē naturalem p̄mo ſup̄ioribus reuelentur: ⁊ ſuperiores alijs manifeſtent̄ ſic pȝ in ſpiritibꝰ angelicis in ordine ierarchie: nā ſuperiores imediate a deo illuminant̄: medij v'o a ſuperioribus: ⁊ inferiores a medijs. Reſurrectio aūt xp̄i eſt de trāſcēdentibus. ⁊ ideo p̄mo manifeſtata ē apoſtolis: ⁊ cum ipſis manentibus per quos tanq̄ per teſtes idoneos alijs manifeſtata eſt: de qua idoneitate ſubditur. h Nobis qui manducauimus ⁊ bibimus cum illo poſtq̄ reſurrexit a mortuis. ad declarandum veritatem ſue reſurrectionis vt dictum eſt. j. c. i Et p̄cepit nobis predicare populo ⁊ teſtificari: vt habet̄. j. c. Et eritis mihi teſtes ⁊c̄. k Quia ipſe eſt q̄ conſtitutus eſt a deo. patre. l Iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ: ideſt iuſtoꝝ qui viuunt vita gratie ⁊ iniquoꝝ qui mortui ſunt morte culpe: p̄pter q̄d dicit̄ Joannis. v. ca. Pater omne iudicium dedit filio. m Huic oēs prophete perhibēt teſtimonium. q. d. nos ſoli ſumus eius teſtes: ſȝ etiam omnes p̄phete antiqui diuinitus inſpirati. Unde dic̄ Rabbi Samuel hebreus ſuper Zacha. Qꝫ vniuerſi p̄phete non ſunt locuti niſi ad dies meſſie. ſ. d' principali intētōe.

¶ Expoſitio litteralis.

n Duo ex diſcipul' Jeſu. Hic cōſequēter deſcribitur apparitio ſcā duobus diſcipulis itinerantibus: ⁊ p̄mo deſcribit̄ iſta apparitio. Sc'do apparentis cognitio ibi. Et factum eſt. Tertio cognitionis relatio ibi. Et ſurgentes. Circa primum dicit̄. n Duo ex illis. ſ. ex ſeptuaginta diſcipulis quoꝝ vnꝰ vocabat̄ cleophas vt infra habetur. Alius dicitur fuiſſe Lucas euangeliſta propter q̄d ⁊ nomen ſuum tacuit. o Ibant ipſa die. ſ. die reſurrectionis. p In caſtellum quod erat ī ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab hieruſalē. Sexdecim ſtadia faciūt vnam leucam: ex quo patet q̄ non diſtabat ab hieruſalem per quattuor leucas integre ſed deficiunt quatuor ſtadia. q Et factum eſt dum fabularentur. non dicit̄ hic fabulari a fabula: ſed a for faris quia non loquebantur de vanis: ſed de operibꝰ Jeſu ⁊ morte eius. Et ideo ſequitur. r Oculi autem eorum tenebantur. quia incredulitas eorum ⁊ dubietas demerebatur: q̄ Chriſtus cognitionem ſui corporis ab eis retardaret. ſequitur. s Qui ſunt hi ſermones. non querit ex ignorantia: ſed vt ex eorum reſponſione incredulitas eorum conuenientius arguatur.

ne eum agnoſcerēt. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem ambulā tes ⁊ eſtis triſtes? Et reſpondens vnus cui nomen Cleophas dixit ei Tu ſolus peregrin⁹ es in hyeruſalem[a]: ⁊ nō cognouiſti ea q̄ facta ſunt in his his diebus. Quibus ille dixit[b]. Que? ⁊ dixerunt. De Jeſu nazareno qui fuit vir propheta potens in opere[c] et ſermone[d] coram deo ⁊ omni populo: et quomodo eū tradiderunt: ſummi ſacerdotes[e] et principes noſtri in dampnationeȝ mortis: ⁊ crucifixerunt euȝ. Nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus Jſrael[f]. Et nunc ſuper hec omnia tertia dies ē hodie q̄ hec facta ſũt.[g] Sed ⁊ mulieres quedā ex noſtris terruerunt nos[h] que ante lucem fuerunt ad monumentū: ⁊ non inuento corpore eius venerunt dicētes: ſe etiam viſionem Angelorum vidiſſe[i]: qui dicunt euȝ viuere: Et abierunt quidā ex noſtris ad monumentum[k]: Et ita inuenerũt ſicut mulieres dixerunt ipſum vero non inuenerunt[l]. Et ipſe dixit ad eos[m] O ſtulti[n] et tardi corde[o] ad credendum in omnibus[p] que locuti ſunt prophete. Non ne hec oportuit pati xp̄m[q]: et ita itrare in gloriā ſuā? Et incipiens a moyſe ⁊ omnibus prophetis[r] i.

a Tu ſolus peregrinus es in Hyeruſalez ⁊c̄. ſi. ſolus non facit excluſionem aliorum peregrinorum cum multi valde pergrini: ⁊ de diuerſis partibus veniſſent in hyeruſalem ad diem feſtum paſche: vt habetur Joannis. xij. cap. ſed notat excluſionez cognitiõis ab iſto ſic apparente. ſcilicet noticia mortis Jeſu: vt ſit ſenſus: cum multi peregrini his dieb⁹ venerunt in hyeruſalem: mirum ē quod tu ſolus inter alios peregrinos ignores ea q̄ ſũt nota alijs omnibus.

b Quibus ille dixit: Que non querit ex ignorantia: ſicut prius dictuȝ eſt.

c De ieſu nazareno qui ſuit vir propheta potens in opere. ſcilicet miraculorum.

d Et ſermone predicationis ⁊ doctrine.

e Et quomodo tradiderunt eum ⁊c̄. quia procurauerunt eius captionem ⁊ perſuaſerunt populis vt coram Pilato peterent eius crucifixionē ⁊ Barrabe dimiſſionē: vt habet̃ matth. xxvij.

f Nos autem ſperabamus ⁊c̄. quaſi dicat. Jā euaneſcit ſpes noſtra cuius ſubditur cauſa.

g Et nunc ſuper hec omnia tertia dies eſt hodie qua predixit ſe reſurgere ⁊ tamē adhuc nō apparuit diſcipulis: licet tertia dies ſit prope finem: ſicut dicitur infra: adueſperaſcit: ⁊ inclinata eſt iam dies.

h Sed ⁊ mulieres quedam ex noſtris terruerunt nos: non de reſurrectione chriſti quam nunciabāt ſed de ablatione corporis eius quā diſcipuli timebant.

i Dicentes ſe etiam ⁊c̄. Sed diſcipuli modo credebant plene timentes ne tanq̄ mulieres de facili fuiſſent deluſe.

k Et abierũt quidam ⁊c̄. ſcilicet Petrus ⁊ Joannes vt ſupra dictuȝ eſt.

l Et ita inuenerunt ſicut ⁊c̄. non q̄ʒtum ad viſionem Angelorũ ſeu auditionē verborum ab ipſis: ſʒ quia inuenerunt ſepulchrum vacuum corpore: ⁊ ſola lintheamina remanſiſſe: Jdeo ſubditur: ipſum vero non inuenerunt.

m Et ipſe dixit ad eos: ex reſponſione eorum arguens eos.

n O ſtulti. propter cecitatem intellectus.

o Et tardi corde: propter tarditatem affectus.

p ad credenduȝ in omnib⁹ de chriſti morte ⁊ reſurrectiõe: quas ſcripturas debebant intelligere maxime: quia fuerant cuȝ xp̄o q̄ diſcipul' ꝺ talib⁹ loquebat̃.

q Non ne oportuit pati xp̄m ⁊c̄. Tũ ꝓpt̃ pr̄is ꝑordinatiõeȝ. Tũ etiā ꝓpt̃ chriſti exaltationem Tum propter humanam redemptionem: Tum propter ſcripturarum implectionem Jdeo ſubditur.

r Et incipiens a moyſe ⁊ omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis: non q̄ omnes ſcripturas que de chriſto ſunt explicaret: quia in tam breui tempore non fieret: ſed explicauit quantum ſufficiebat ad ꝓpoſitum oſtendenduȝ: ⁊ Jdeo ſi omnibus non facit diſtributionem pro ſingulis generum: ſed pro generibus ſingulorum: ſicut dicitur: omne animal fuit in archa Noe. de qualibet ſpecie animalium fuerunt ibi aliqua in diuidua: ⁊ ſic Chriſtus in ꝓpoſito de lege prophetis: ⁊ Agio/

graphis induxi aliqua teſtimonia.

a Et ipſe finxit ſe longius ire: non fuit ibi aliqua falſitas: quia fuit talis fictio ad deſignādū veritatem: ſcʒ diſtantiam eius a cordibus eorū propter fidei defectum: tales enim apparitiones vt cōmuniter fiūt ſm̄ diſpoſitionem interiorē illorum quibus fiunt.

b Et coegerunt illum .i. obnixe rogauerunt deſiderantes adhuc audire illum.

c Et intrauit cuʒ illis. quia p̄ dictū deſiderium diſponebantur ad fidei complementum.

d Et factum eſt. Hic cōſequenter deſcribit Chriſti apparentis cognitō cum dicitur.

e Accepit panē benedixit fregit. ⁊ porrigebat illis: ſicut cōſueuerat facere ante paſſionem: ſic enim frangebat paneʒ ac ſi ſcinderet cum cultello.

f Et aperti ſunt oculi eorum. quia voluntarie ſe eis oſtendit: in effigie qua erat cognoſcibilis ab eis: ⁊ cum hoc cognouerunt eum per modum fractionis panis.

g Et ipſe euanuit ab oculis eorum. oſtendens diſcipulis ꝙ habebat corpus glorioſum: quod ſubito poteſt diſparere per dotem agilitatis. Et ideo ſequitur

h Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in hieruſalem. Quāuis enim iam eſſet tarde vt patet ex predictis: tamen ex fidei feruore ⁊ remoto iudeorum timore ſtatim regreſſi ſunt ī hieruſalē ad illos diſcipulos qui erant incluſi propter metum iudeorum: vt habetur Joannis .xx. cap. ad nunciandum eis Chriſti reſurrectionem. ideo ſubditur.

i Et inuenerunt congregatos vndecim. quia adhuc Thomas erat cuʒ alijs decem dicentes

[…] terpretabatur illis ī oībus ſcripturis q̄ de ipſo erant. Et appropinq̄uarūt caſtello quo ibāt Et ipſe finxit ſe lōgius ire[a]. Et coegerunt illū[b] dicētes. Mane nobiſcum quoniam adueſperaſcit: ⁊ inclinata ē iam dies. Et intrauit cum illis[c]. Et factum[d] eſt dum recumberet cum eis: accepit panem: ⁊ benedixit ac fregit[e]: ⁊ porrigebat illis. Et aperti ſt oculi eorum[f]: et cognouerūt eum. Et ipē euanuit ab oculis eorum[g]. Et dixerunt ad inuiceʒ Nonne cor noſtruʒ ardens erat ī nobis dum loqueretur ī via: ⁊ aperiret nobis ſcripturas. Et ſurgentes eadē hora regreſſi ſunt ī hieruſalem[h]: ⁊ inuenerūt cōgregatos vndecim[i]: et eos qui cuʒ illis erant dicentes: Surrexit dominus vere: ⁊ apparuit Simoni. Et ipſi narrabāt[k] que geſta erāt ī via ⁊ quomodo cognouerūt eū ī fractōe panis

qꝰ ſurrexit dominus vere: ⁊ apparuit Simoni Quando autem iſta apparitio fuerit non legitur expreſſe: ſed tūc creditur fuiſſe facta: quādo Petrus cucurrerat ad monumentum ⁊ viderat linteamina poſita abijt mirans ſecū quod factum fuerat: vt dictum eſt ſupra.

k Et ipſi narrabant apparitionem eis factam: prout deſcripta ē per ordinem: tamen nec iſtis nec alijs Thomas credidit: ſed per aliquod ſpatium ab alijs diſceſſit.

Expoſitio moralis.

Duo ex diſcipulis: per quos ſignificatur bonus actiuus: ⁊ contemplatiuus. Ibant ipſa die ⁊c̄. Nam ipſa die reſurrectionis aperta fuit via beatitudinis que per Emaus ſignificatur eo ꝙ mater dulcedinis interpretatur: ⁊ ex tunc Chriſti diſcipuli per viam conſequende beatitudinis gradiunt. Et ipſi loquebant ad inuicem de his oībus que acciderant: ſcilicet de Jeſu conuerſatione ⁊ eius morte prout patet ex littera ſequēti. Et ipſe Jeſus appropinquans ibat cuʒ illis. Nam ipſe dicit Matth. xviij. cap. Ubi ſunt duo vel tres cōgregati in nomine meo in medio eorum ſum: propter quod iſtorum exemplo cum per viam incedimus combinati de ſalutiferis loqui debemus vt Chriſtum nobiſcum per gentem habeamus ⁊ non ſolum per gentem ſed etiaʒ nos docentem ſicut iſtis duobus diſcipulis cum quibus ibat ſcripturas prophetarum aperiebat: ſʒ quoniam auditores legis non iuſtificantur ſʒ factores. Jdeo eorum oculi non fuerunt aperti audiendo ſcripturas: ſed opera pietatis facien

do ipſum in ſpecie peregrini trahendo ad hoſpitium ꝛ apponendo cibum. ideo ſequitur. Et aperti ſunt oculi eorum: ſcilicet cordis ꝛ corporis ad cognoſcendum ipſum. Et ſurgentes eadem hora ꝛc. Nam ea que ſunt ad cōmunem ſalutē: nō ſt ūtacē/da ſed revelanda. Thob.xij. captu. Opera autez dei reuelare ꝛ confiteri honorificū eſt. Ideo ſubditur: Ipſi narrabant ꝛc.

Queſtio Alexandri de ales in tertio ſententiarum. Oportuit Chriſtum pati: ꝛ ita intrare in gloriam ſuam? Luce.xxiiij. capi. Super quibus verbis mouetur queſtio talis. Utrum reſurrectio Chriſti ſe habeat ad reſurrectionez noſtram vt cauſa coniuncta vł vt remota: ꝛ ſi efficiat modo in ſanctis reſurrectionē corpoꝝ. Et arguit Prio ꝙ ſic. Nā Ambroſius inqt. Gaudiū patriſſamilias fideliū ſibi leticia comitaꝛ vt quē ſubſecuti ſunt ſimilitudine paſſionis comittantur gloria reſurrectionis ſm ꝙ dicitur. ij. Corinthi. j. cap. Si ſocij fuerimus paſſionum ꝛc. ergo videtur ꝙ reſurrectio eius ſit cauſa coniuncta. Cōtra pſal. Ad veſperū demorabitur fletꝰ ꝛc. glo. Flectus ē miſeria originalis culpe que demorabitur vſqȝ ad diem domini: quo reſurrectio noſtra futura eſt: ergo non ſumus reſurrecturi vſqȝ ad diem domini. Reſponſio dicendum ſm Auguſtinum ad Paulinum. Alij ſunt humani limites reſurrectionis. Alij diuinarū ſigna virtutum. Aliaqȝ mirabiliter ſiunt. Dicē dum ergo ꝙ ſm curſum nature non debet eſſe reſurrectio ante innouationem mūdi per paſſionem. Igitur Chriſti fuit meritū ꝛ noſtre iuſtificationis ꝛ noſtre reſurrectionis ꝛ glorie q̄ ad corpus ꝛ quo ad animam: vnde per ſufficientiam reſtituetur homo per illam priſtinam dignitatem: ſed adhuc non erat effectus productus: quia duplex erat adhuc tentio: ſcilicet animarum in limbo ꝛ corporū incineratione ad ſoluendum tentionez animarum apparuit verbum in anima apud inferos. ſimiliter ad ſoluē

Feria tertia p⁹ paſcha epiſtola Actuū apoſtolorum .xiij. cap.

In diebus illis: Surgēs Paulus[a] ꝛ mānu ſcilentium indicens ait: Uiri fratres filij generis Abraam: ꝛ qui i vobis timēt deum: vobis verbum[b] ſalutis miſſū eſt[c]. Qui enim habitāt hieruſalem[c] et principes eius ignorantes Ieſum[f]:

dum tentionem corporum oportet ꝙ verbum cum anima ꝛ corpore appareat vniuerſaliter: qꝺ fiet poſt innouationem. Primus effectus. ſ. liberationis animarum factum eſt ſtatim poſt paſſionē. Reliquum fiet poſt innouationē mūdi: vt dictum eſt: proportionabilia enī ſſ locus ꝛ locatum. ideo ad gloriam corporū exigitur inouatio locorū. Scōm ergo limites rerum nō debet eſſe reſurrectio corporū niſi cum apparebit in iudicio innouato mundo. Innouatio autem non debet eſſe niſi completa mortali generatione: ſed ſm diuina ſigna virtutum non eſt negandum quin aliquorum reſurrectio ſit: ſm Hieronymum qui non eſt auſus negare reſurrectionem beate virginis. Dicendum ergo ad illud Ambro. ꝙ gaudiū patriſſamilias ꝛc. ꝙ eſt reſurrectio in merito ꝛ in re: Unde Ambroſius. Eſt plane ſocietas quia ſi non reſurrexerunt corpore reſurrexerunt iam mente. Uñ Ambroſius intelligit de merito non de re.

## Expoſitio litteralis.

a SUrgens autem Paulus. Deſcribitur ī hac lectione publicatio euangelij facta per predicationez Pauli apoſtoli: manifeſtando ad impletionem promiſſionis patribus: quoniam promiſerat redemptionem iſrael in ſemine David: ꝛ hoc eſt qꝺ dicitur.

a Surgens Paulus: vt melius audiretur in tanta multitudine. b Uobis verbum. ſ. incarnatum. c Salutis huius miſſum eſt. ſ. principeliter. Tum quia in propria perſona iudeis predicauit. Tum quia in medio iudee. ſ. ī hieruſalem operatus eſt ſalutem. ideo ſubdit. d Qui eni habitāt hierlm quātū ad vulgares. e Et pncipes eiꝰ. quātū ad maiores. f Nūc ignorantes. ſ. Ieſum nazarenū eſſe chriſtum verum. Alia tamen fuit ignorantia pncipū. Alia vulgarium: tamen neutra excuſabat a peccato: imo pma aggrauabat qꝛ pcedebat ex malitia.

a Et voces prophetarum:de Chriſto loquentium quas ſacerdotes ⁊ ſcribe per inuidiaz excecati male interpretati ſunt:⁊ ſic populum deceperunt.
b Indicantes ſcilicet ieſuz morte eſſe dignū.
c Impleuerunt prophetias de ei⁹ paſſione predictas ſm qd dicitur Iſai.liij.capi.Tanquam ouis ad occiſionem ducetur ⁊c.Et i m̄ltis alijs prophetaꝝ dictis
d Et nullam cauſam mortis inueniētes in eo:ſicut patet in euangelio:⁊ Pilati teſtimonio.
e Petierunt a pilato:vt interficerent eum per milites ipſius.⁊ licet primo reſiſtēte tamen finaliter petitioni eoruz acquieuit iudeorum fauore:⁊ Ceſaris timore.

Et voces prophetarū[a] que per omne ſabbatū leguntur iudicantes[b]. impleuerunt[c]. Et nullam cauſam mortis inuenientes in eo[d]: petierunt vt interficerent eum[e]. Cumqz conſumaſſent omnia[f]:que de illo ſcripta erant deponentes eum de ligno[g]:poſuerunt eum in monumento. Deus vero ſuſcitauit eum a mortuis tertia die[h]: qui viſus ē[i] per dies multos[k]: His qui ſimul aſcenderant cuz eo de galilea in hyeruſalem[l]:qui vſqz nunc ſunt teſtes ad plebem. Et nos vobis anunciamus eaz que ad patres noſtros repromiſſio facta eſt[m]: quoniaz hanc deus adimpleuit filijs veſtris:reſuſcitans Jeſum chriſtum dominuz noſtrum.

f Cum conſumaſſent omnia:iudei mali:
g Deponentes eum de ligno.ſcilicet boni iudei Joſeph:⁊ Nicodemus:vt habetur Joannis.xix.capi.Sacra eni ſcriptura ſub vno contextu frequenter tranſit de bonis ad malum:⁊ econtrario ſicut pſal.lxxvij.Cum occideret eos querebant eum:occiſi enim non poterant eum querere:⁊ ideo cum dicitur.Cuz occideret eos intelligitur de obſtinatis in peccato:⁊ ꝙ ſubditur querebant eum:intelligitur de penitentibus ⁊ reuerentibus a malo:⁊ hoc ſm illum modum exponendi ſacram ſcripturaz qui dicitur de corpore domini vero ⁊ ſimulato prout plenius dixi in principio gene.⁊c.
h Deus vero ſuſcitauit eum.ſcilicet hominem chriſtum.
i Qui viſus eſt.viuens.
k Per dies multos.ſcilicet.xl.vt dictum eſt primo capitulo.
l His qui ſimul aſcenderāt.i.Apoſtolis:qui vſqz nunc ſunt teſtes eius per viſum auditum ⁊ operationem miraculoruz in nomine ipſius.
m Et nos vobis.Hic conſequenter inducit ſacram ſcripturam ad ſuum propoſitum dicens.
m Et nos vobis anunciamus eam que ad patres nr̄os repromiſſio facta eſt:de verbi incarnatione:⁊ ei⁹ a mortuis reſurrectione.

Feria tertia poſt Paſcha. Euangelium ſm Lucam.xxiiij.capitulo

In illo tēpore. Stetit[n] Jeſus in medio diſcipuloruz ſuoruz:⁊ dixit. Pax vobis. Ego ſum nolite timere[o]. Cōturbati vero[p]:

Expoſitio litteralis.

Poſtquam euāgeliſta deſcripſit progreſſuz per ſuam predicationez regreſſum de mūdo per ſuam paſſionem. Hic vltimo deſcribit eius regreſſum ad patrem per ſuam reſurrectionem. Circa qd duo facit p̄mo deſcribit chriſti reſuſcitati vera apparitio. Secūdo reſurrectionis approbatio:ibi Conturbati vero. Circa primum intelligendum ꝙ chriſtus poſt reſurrectionem:primo apparuit mulieribus. Secundo diſcipulis itinerantibus Tertio omnibus diſcipulis:preter Thomam. Agitur hic igitur:de tertia apparitione per quā manifeſtatur vera chriſti reſurrectio ⁊ primo manifeſtatur vera Chriſti reſurrectio quātum ad humanitatem:Secundo q̄ztum ad diuinitatem. Secunda ibi:Tunc apparuit. Circa primuz dicitur ſic. n Stetit ieſus ⁊c.ſubito enim inter diſcipulos apparuit qz ad eos ianuis clauſis intrauit vt habetur Joannes.xx.capi.
o Ego ſum.non res fantaſtica ſeu illuſio dyabolica. p Conturbati vero.Hic conſequenter deſcribitur reſurrectionis probatio:per hoc ꝙ oſtendit ſe verum hominem ⁊ verum deum ⁊ ſm humanitatem vere ſuſcitatum:vt patebit proſequendo.

a Extimabant ſe ſpiritum videre. diuina enī prouidentia permiſſi ſunt dubitare ad maiorem certificationē fidei de dominica reſurrectione. Et ideo ſequitur.

b Videte manus meas ⁊ pedes. per cicatrices clauorum: ibi remanentes: oſtēdit ꝙ erat idē corpus numero.

c Palpate ⁊ videte. per hoc eniz oſtendebatur habere corpus verū non fantaſticum.

d Habetis hic aliquid quod māducef: per comeſtionē enim oſtendit ſe habere corpus viuum anima vegetatiua animatum.

e Hec ſunt verba. per hoc qđ loquebatur ſenſibiliter: et etiam rationabiliter reducens ad memoriam que eis dixerat ante mortem ſuam: oſtendēs ſe habere corp⁹ animatum anima ſenſitiua ⁊ intellectiua: ⁊ eadem ſicut prius.

f Tunc aperuit illis ſenſum ⁊c. ſicut per precedentia probauit veritatem ſue reſurrectionis quantum ad humanitatem: ſic per hoc illam probauit quantum ad deitatem: quia illuminare mentes ignorantium intellectum ſacre ſcripture: ⁊ ſubito eſt ipſius deitatis proprium. ⁊ ideo ſubditur.

g Sic oportebat Chriſtum pati: ⁊ reſurgere: quia ſicut ante paſſionem declarauit ſe eſſe verum deum ⁊ hominem: ita etiam poſt reſurrectionem ſuam. Reſurrectio enim vera eſt eiuſdem in numero iterato ſurrectio.

h Et predicare in nomine eius penitentiaz ⁊ remiſſionem peccatorum in omnes gentes. incipiendo ab hieroſolima. Hieruſalem enim eſt in medio terre habitabilis: quia eſt in quarto climate: ⁊ ideo ab illo loco conuenienter incipit predicatio euāgelij: vt per apoſtolos xpi aliosq͡z diſcipulos circūquaq͡z per orbez diſperſos in omnem terram exiret ſonus predicationis eorum ſm ꝙ fuerat predictum. pſal. xviij.

et conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre[a]. Et dixit eis. Quid turbati eſtis: et cogitationes aſcendunt ī corda veſtra? Videte manus meas ⁊ pedes[b]: qa ego ipſe ſum. Palpate et videte[c] quia ſpiritus carnem ⁊ oſſa non habet: ſicut me videtis habere. Et cuz hoc dixiſſet: oſtendit eis manus et pedes. Adhuc autem illis non credentibus ⁊ mirantibus pre gaudio dixit. Habetis hic aliquid qđ manducetur[d]? At illi obtulerūt ei partem piſcis aſſi ⁊ fauum mellis. Et cuz māducaſſet coram eis: ſumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos Hec ſunt verba[e] que locutus ſum ad vos: cum adhuc eſſem vobiſcum quoniam neceſſe eſt implere omnia q̄ ſcripta ſunt in lege moyſi: ⁊ ꝓphetis ⁊ pſalmis đ me. Tunc aperuit illis ſenſuz[f] vt intelligerēt ſcripturas. Et dixit eis. Quoniam ſic ſcriptuz eſt: ⁊ ſic oportebat Chriſtuz pati: et reſurgere[g] a mortuis tertia die: ⁊ predicare in nomine eius penitentiam[h] et remiſſionem peccatoruz in omnes gentes.

¶ Expoſitio moralis.

Et dixit illis pax vobis. ex quo patet ꝙ illi ſūt pacifici: qui vere ſūt diſcipuli Chriſti. Et dixit eis. Quid turbati eſtis ⁊c. ſꝫ ſenſum litteralem certificauit eos đ ſua reſurrectione per tria: ſcilicet ꝑ viſum dicens. Videte manus meaſ ⁊ pedes meos. et per tactuz dicens Palpate ⁊ videte quia ſpiritus carnem ⁊ oſſa nō habet. Et per guſtuz: ibi cum dixit: Habetis aliqd quod manducetur ⁊c. Miſtice v̄o Chriſtum reſurrexiſſe vident qui reſurrectionis eius gloriam meditentur. Ipſum v̄o tangunt ⁊ palpant qui ſibi charitate copulantur. p̄ma Joannis. iiij. capi. Qui manet in charitate in deo manet: ⁊ deus in eo. Piſcem aſſum offerūt ei qui patientiam igne tribulationis decoctaz habent pro nomine Chriſti: ſed illi offerunt fauum mellis: qui membrin ſuis exhibent opera pietatis: de quibus dicit Matthe. xxv. capi. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi manducare: tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas: ex quo patet ꝙ ſacre ſcripture non poſſunt ſufficienter intelligi niſi ille aperiat qui habet clauē Dauid: qui aperit: ⁊ nemo claudit.

¶ Queſtio Alexandri de ales in tertio ſententiarum. Videte manus meas: ⁊ pedes meos:

quia ego ipſe ſum. Luce. xxiiij. capitu. Super quibus verbis queritur. Utrū cicatrices quas Chriſtus ſeruauit quādo oſtendit eas diſcipu/lis ſuis remanſerint in ipſo tm̄ ad tempus: vel manſure ſint ſemper ꝛ in perpetuum. Et p̄mo arguitur ꝙ remā/ſerint ad tempus. Dicit eni Damaſ. ꝙ tm̄ ƀm diſpen/ſationem fuerunt in ipſo: ſed qȯ eſt ƀm diſpenſationē eſt temporale. Sꝫ contra. Beda in fine glo. ſuper Lu cam vltimo: oſten dit eis manus et pedes: inquit. Nō ex impotentia cre andi cicatrices ſer uauit: ſed vt in per petuum victorie ſue circunferat triumphum. Reſponſio de hoc neutrum diffinimus: ſed tm̄ de hoc dicit Auguſtinus ꝺ̄ ciuitate dei: ꝙ ſi ad decentiam ſunt martyrij: inditia remanebunt ſemper ad decentiam: et ad oſtendanda ſigna victorie ſemper. Unde ꝛ ſi alie cauſe que deter minantur in illa glo. Bede. ſcilicet ad fidem reſurrectionis aſtruendam: ꝛ vt pro nobis pa/tri ſupplicans quale genus mortis pro homīe pertulerit ſemper oſtendat et vt ſua morte re/dempti quā miſericorditer ſint adiuti propoſi tis eiuſdem mortis inſinuauit inditijs: ꝛ vt in iudicio quā iuſte dānentur impij denunciēt oſtenſa q̄ꝫ ab illis accepit cicatrice: temporales ſint: iſta tamen eſt perpetua ſcilicet vltima. Ad illud ergo qȯ dicit Damaſcenus ꝙ ƀm di/ſpenſationem fuerunt in ipſo: dicimus ꝙ ſi ad hec ita eſt diſpenſatio: tamen iſta non opponū/tur veritati nature et perpetuitati: ſed dicitur diſpenſatio reſpectu aliorum hominum in qui bus non eſſet ita cōueniens ſeruari cicatrices ſicut in ipſo ac circunferendum perpetuum vi ctorie triumphum ꝛ redemptionis titulū qua nos ꝑ iſta vulnera redemit ꝙ nullus aliꝰ alio/rum ſanctorum fecit.

## Dominica ī albis: Epiſtola Joannis. j. ca. v.

Chariſſimi: Om̄e qȯ natū ē ex deo[h] vicit mū dum[i]: ꝛ hec eſt victoria que vincit mundum[k]: fides noſtra[l]. Quis eſt autem qui vincit mun dum[m]: niſi qui credit: quoniam Jeſus eſt fili us dei[n]. Hic eſt[o] qui ve nit[p] per aquam[q] et ſan/guinē[r] Jeſus chriſtus[s] Non in aqua ſolum[t]: ſꝫ in aqua et ſanguine[v].

## Expoſitio litteralis.

Chariſſimi. In hac lectione concludit Joānes ꝙ qui diligit natos dei: diligit ꝛ ipſum deum: nam dilectio dei inclu dit dilectionē proximi: ſed quia amor dei nō eſt ocioſus. operatur enim magna ſi eſt: ſicut re ſiſtere peccato cer tari cum inimico: ꝛ vincere munda na ꝛc̄. Hoc eſt qȯ ſubditur.

h Chariſſimi: omne qȯ natum ē ex deo: ſcilicet per fidē charitate for/matam.

i Uincit mun/dum. ideſt tenta/tiōes diaboli mū/di et perſecutio/nes. Et ideo ſub/ditur.

k Et hec eſt. Hic determinat de emenda/tione verbi. Et primo ponitur determinatio. Secundo determinationis manifeſtatio: ibi. Et ſpiritus eſt. Circa primum continuando ſe ad hoc qȯ dixerat imediate omne qȯ natū eſt ex deo vincit mundum oſtendit quid ſit illud quod facit vincere dicens.

k Et hec eſt victoria que vincit mundum. ideſt facit vincere. l Fides noſtra de ver/bo dei. Ideo ſubditur. m Quis eſt autem qui vincit mundū. niſi qui credit fide formata. n Quoniam Jeſus eſt filius dei. naturalis ꝛ per conſequens eiuſdem nature cum eo non idemptitate ſpecifica: quia natura diuina non eſt diuiſibilis ſicut humana: ſꝫ idemptitate nu/merali diſtinctus tamen in perſona: quia natu ra non patitur nec ratio quo gignens: ꝛ geni/tus ab eo. Unum in ſuppoſito. o Hic eſt. ſ. filius dei eternaliter a patre genitꝰ. p Qui venit in mundum. ad nos ſaluandū. q Per aquā baptiſmalē: q: per tactū ſue ſacratiſſime carnis ī baptiſmo dedit vim regñatiuaꝫ aqs. r Et ſanguinē. effuſum in ꝑcium nr̄e ſalutis. s Jeſus xp̄s verus hō: verus deus. t Nō in aqua ſolū. ſicͭ Joānes baptiſta cuius baptiſ/mus ſolū lauabat corpora: ſꝫ nō auferebat pctā ſicut facit baptiſmꝰ xp̄i. v Sꝫ in aq̄ ꝛ ſangui ne. i. ī baptiſmo vͭtutē regñatiuā hñtē ꝛ ſangui ne ad īfini: as aīas ſi eēnt redimēdas ſufficiēt.

Et ſpiritus eſt[a] qui teſtificatur[b] quoniam chriſtꝰ eſt veritas[c]. Quoniam tres ſunt[d] qui teſtimonium dant in celo: Pater[e]: verbum[f] ⁊ ſpiritꝰ ſctūs[g]. Et hi tres vnū ſt[i] Et tres ſunt[k] qui teſtimonium dant in terra. Spiritus[l] aqua:[m] ⁊ ſanguis: ⁊ hi tres[n] vnum ſunt. Si teſtimoniū hominum accipimus[o] teſtimoniū dei maius ē[p]: quoniam hoc eſt teſtimoniū dei qđ maius eſt: quoniam teſtificatꝰ ē de filio ſuo[q]. Qui credit in filium dei habet teſtimonium dei in ſe[r].

Dominica i albiſ. Euāgelium ſm Joannem. xx. capitulo.

a Et ſpiritus eſt. Hic conſequenter ponit̃ dicte determinatiōis manifeſtatio: ⁊ eſt quadruplex non tamen ponitur hic ſm ordinem temporis: Una fuit per ſpiritus ſancti miſſionem ſuper Apoſtolos in ſigno viſibili in teſtimoniū qđ Jeſus ad dexterā pr̄is glorificatꝰ eſt eius naturalis filius: vnus cū ipſo deus: ⁊ de hoc teſtimonio predixit Saluator. Joannis. xv. capitu. Cum autem venerit paraclitus quē ego mittā vobis q a patre ꝓcedit: ille teſtimonium perhibebit de me ⁊ hoc eſt qđ dicit̃.

a Et ſpiritus ſcilicet ſanctus.

b Eſt qui teſtificatur cuius teſtimonium non poteſt eſſe falſum.

c Quoniā chriſtus eſt veritas. ideſt dei patris filius qui procedit a patre per modum intellectus: ⁊ ſic eſt eius verbum: Idem enim eſt verbū ⁊ filius: ꝓpter hoc ꝙ illa que pertinent ad intellectum: vt veritas ⁊ ſapientia ⁊ huiuſmodi appropriantur filio in diuinis.

d Quoniam tres ſunt. Hic ponitur ſecunda manifeſtatio que eſt per apertam viſionē: nā ipſa beata trinitas manifeſtat ſe beatis quantum ad perſonarum diſtinctionem ⁊ ṽbi emanationem a patre ⁊ ſpiritus ſanctus ab vtroqꝫ: ⁊ hoc eſt quod dicitur.

d Quoniam tres ſunt qui teſtimoniū dant in celo veritatem manifeſtando: nam teſtimonium dare eſt veritatem manifeſtare.

e Pater. ingenitus.

f verbum: ab eo genitum.

g Et ſpiritus ſanctus procedēs: a patre ⁊ ṽbo

h Et hi tres vnum ſunt in eſſentia: ⁊ ſic vnus deus ſuper omnia glorioſus.

i Et tres ſunt. Hic ponitur tertia manifeſtatio: que eſt per chriſti paſſionem in qua anima chriſti fuit a corpore ſeparata ⁊ a corpore mortuo fluxerunt ſanguis ⁊ aqua. Joannis. xix. ca. dicitur. igitur.

i Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra veritatem fili dei manifeſtanda.

l Spiritus id eſt anima chriſti: in qua ad limbum patrum deſcendit: ⁊ eis ſe manifeſtauit oſtendendo ſuam deitatem ⁊ paternalem proprietatem ex tunc enim deum clare viderunt: propt̃ qđ dixit dominus Latroni. luc. xxiij. capi. Hodie mecū eris in paradiſo.

m Aqua ⁊ ſanguis que veritatē manifeſtant in eccleſie ſacramētis habentibus efficatiam ex ipſis: que quidem ſacramēta conferuntur in fide ⁊ confeſſione trinitatis.

n Et hi tres vnū ſunt. quia conueniunt in aſſertione vnius veritatis.

o Si teſtimonium. Hic ponitur quarta manifeſtatio que fuit per ſenſibilem vocem: nam in baptiſmo chriſti ⁊ eius tranfiguratione audita fuit vox ſenſibilis patris dicentis de chriſto. Hic eſt filius meus dilectus hic ſingulariter dicitur per hoc oſtendens ꝙ ipſe ſolus eſt naturalis filius ⁊ per conſequens vnus cum ipſo in natura ⁊ perſona diſtinctꝰ: ceteri vero qui plurificantur ſunt eius filij adoptiui dicitur ergo.

o Si teſtimonium accipimus: accipitur hic ſi pro quia: nam teſtimonium hominum accipimus tanquam ſufficiens in rebus humanis.

p Teſtimonium dei maius eſt. ideſt certius: nam ei non poteſt ſub eſſe falſum: ſicut ſub eſſe poteſt teſtimonio hominum: ⁊ per conſequens eſt magis credibile in rebus Diuinis quam teſtimonium hominum in humanis.

q Quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo: in trāſfiguratione ⁊ baptiſmo vt predictum eſt.

r Qui credit in filiū dei habet teſtimonium dei in ſe. ideſt effectū illius teſtimonij.

Expoſitio litteralis.

In illo tē⸗pore. Cum eſſet ſero[a]. die[h] vna ſabbatorū[c] ⁊ fores eſſent[d] clauſe vbi erant diſcipuli cō gregati propter metū iudeorum. Venit ieſus ⁊ ſtetit in medio eorū: ⁊ dixit eis[e]. Pax vobis Et cū hoc dixiſſet: oſtē dit eis manus ⁊ latus[f] Gauiſi ſunt ergo[g] diſci puli viſo domino. Di xit ergo eis iterū[h]. pax vobis. Sicut miſit me paf[i]. ⁊ ego mitto vos[k]. Hec cuz dixiſſet[l]: inſufflauit: ⁊ dixit eis. Accipite ſpiritum ſanctum. Quorum remiſſeritis peccata remittūf eis[m]. Et quorum retinueritis[n] retēta ſt[o]. Thomas āt[p] vn⁹ ex duodeciz[q]: q dr̄ didimus: non erat cū eis qñ venit Jeſus[r].

a Cum ſero eſſet. Hic cōſeqñter oſtēdif māifeſtatio reſurrectiōis xp̄i diſcipul' facta oibus cōiter: ⁊ diuiditur in duas qr pmo manifeſtatur oibus excepto Thoma abſente. ſcdo thoma cum eis exiſtente Ibi ⁊ poſt dies octo. Prima in tres quia Primo deſcribif chriſti apparitio. Secundo apparitionis dnūciatio: ibi Thomas autem. tertio diſcipuli audiētis obſtinatio. Ibi ille autem dixit. Prima adhuc in duas: quia primo deſcribitur apparitionis actus. Secūdo eius effectus: ibi: gauiſi ſūt In pma ergo pte dr̄ ſic. a Cum eēt ſero: In die. n. Apoſtoli erant diſperſi propter metū Judeoꝝ: ſed in ſero conueniebant ad locū vnū: ⁊ ideo tali hora apparuit. b Die: illo. ſ. pma die reſurrectionis. c Una ſabbatorum. i. prima die poſt ſabbatū vt predictū eſt. d Et fores ⁊c̄. ppter metū iudeoꝝ. hoc ēt ex diuina ordinatiōe factū eſt: vt ieſus intrans ad diſcipulos ianuis clauſis oſtēderet ſe habere corpus glorioſum. e Et dicit pax vobis: ⁊ hoc cōtra duplicez eorum pturbationez: erāt eni cōturbati de morte ipſius chriſti: ⁊ de perſecutione iudeoꝝ eius iminente: poterat eni eos per ſuam preſentiaz cuſtodire ⁊ de reſurrectione certificare vnde ſubditur. f Et cum hec dixiſſet oſtēdit eis manus ⁊ latus: vt p cicatrices remanētes oſtēderet idemptitate numeralē corporis pus paſſi iſta eniz in corpore xp̄i remanſerunt non ad effectum ſed magis ad gloriā ppter victoriam ex illis vulneribus conſecutam. g Gauiſi ſunt. hic conſequēter ponitur huius apparitionis effectus que eſt duplex. Primus eſt diſcipulorum exultatio contra duplicem triſtitiam ipſorum amotam. ſ. de morte chriſti ⁊ iudeorum motu: ⁊ qz̄tum ad hoc dicit. g Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino: ſecundus eſt eoꝝ inſtructio: ⁊ qz̄tum ad hoc ſubditur. h Dixit ergo eis iterum: Pax vobis qr volebat eos inſtruere de pace futura que erat perpetua. i Sic miſit me pr̄. ad veritatē fidei docēdā i iudea. k Et ego mitto voſ. i. mittā ad hāc vitā publicandā p totū mūdū: ⁊ qr executio hui⁹ officij nō pōt conuenienf fieri ſine grā ſpiritu⁹ ſcti: Jō ſeqtur. l Hec cū dixiſſet inſufflauit: ⁊ dixit eis: Accipite ſpm̄ ſcm̄ p illam inſufflationē oñdē voluit ſpm̄ ſctm̄ a ſe procedere: ſicut procedit a patre. m Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis: licet eni ſolus deus principaliter peccata dimittat: tamen miniſtri eccleſie per virtutez clauium ad hoc miniſterialiter operantur. n Et quorum retinueritis ideſt retinenda iudicaueritis. o Retenta ſunt: hoc tamen intelligendum eſt: quando iudicium eccleſie diuino iudicio cōformatur. p Thomas. Hic ponitur apparitionis chriſti denunciatio ab. ſenti diſcipulo cum dr̄. p Thomas autē q dr̄ didimus: hoc erat cognomen eius: ⁊ ſonat idē qꝫ geminus. qr forte erat de tribu Beniamin de cognatione gemini: vel ſm alios ſonat idē qd̄ dubius: qr pp dubiū de reſurrectione qꝫ thomas habuit Jō ſic cognominatus fuit. q Unus de duodecim nō qꝫ tūc eēnt duodeci: cū iudas eēt mortuus: ſz qr erat vnus de duodeciz electis in pncipio a xp̄o: vel qr cōnumeraf. hic matthias poſtea electus in loco iude: qr Jokes hoc Euāgeliū ſcripſit poſt ei⁹ electionē. r Non erat cū eis qñ venit Jeſus: ipſe. n. īter alios Apploſ vr̄ fuiſſe magis timidus: vt ſupra dictū ē. xj. ca. Et iō tardius ceteris venit ad locum vbi congregabanf diſcipuli: ⁊ Jō pp tarditatē ſuā puatus eſt de viſione xp̄i: Hoc autem factū eſt diuina ordinatione vel permiſſiōe ſm quod dicit Grego. vt ex ſua abſcētia ſeqref dubitatio: ⁊ vlterius in dubitatiōe obſtinatio: ⁊ per cōſequēs diligens inquiſitio ad noſtraz confirmationē.

a Dixerũt ergo ei alij diſcipuli. quia boni rumores cito denunciant̄. b Uidimus dñm. ſic enim ante paſſionē eũ appellauerant: vt dictum eſt ſupra. xiiij. cap. Uos vocatis me magr̄ ⁊ dñe. ⁊c. c Ille aũt dixit: Niſi videro ⁊c. Ridiculoſe petit iſte thomas: quia maius eſt videre reparationē toti⁹ corporis. Itē fuit durus ad credendũ: qꝛ volebat certificari duplici ſenſu ⁊ tactu. iō ſeqt̄. d Et mittam digitum meum ⁊c. Iſti eniȝ ſunt duo ſenſus q min⁹ pñt decipi: qꝛ viſus inter alios plures differentias rerũ demonſtrat: vt hr̄ j. metha. Tact⁹ aũt in hoie eſt certiſſimus. Alij aũt ſenſus bene inueniũt̄ viuatiores in alijs animalibus: vt habet̄. iij. de anima.

e Et poſt dies octo. Hic ponit̄ ſcda apparitō facta apoſtolis in pñtia thome ⁊ diuidit̄ in duas: qꝛ pmo deſcribit̄ dicta apparitio. Scdo ponitur quedam breuis epilogatio ibi multa quidem. In pma parte dicit̄ ſic. e Et poſt dies octo. facto enim interuallo: ieſus apparebat diſcipulis: qꝛ non conuerſabat̄ cōtinue cuȝ eis: vt oſtenderet ſe ſurrexiſſe ad vitam mortaleȝ ab hoibus huius vite ſeparatam. f Stetit Jeſus in medio: vt poſſet ab omnibus videri.

g Et dixit eis: Pax vobis. ſicut prius exponat̄.

h Deinde dicit thome infer digituȝ tuũ huc. quaſi reſpōdens petitioni eius ſupra poſite. In hoc etiam ſuam deitatem declarat inquantum abſñs corporaliter eius verba ſciebat. i Et vide manus meas. videt̄ enim ꝙ deberet dicẽ tange manus meas. Dicendo ꝙ viſus ppt̄ ſui certitudinem accipitur pro omni ſenſu. immo etiam aliqñ accipit̄ pro intellectu: ſicut dicitur alicui vides tu hoc. i. intelligis. Et Exo. xx. cap. Cunctus populus videbat voces. i. audiebat ita ꝙ ibi accipitur viſus pro auditu. ⁊ eodē modo hic accipitur pro tactu. Uel aliter: qꝛ ſicut dcm̃ eſt. Thomas volebat certificari duplici ſenſu. ſ.

Dixerũt ergo ei alij diſcipuli[a]. Uidimus dominum[b]. Ille auteȝ dixit eis: Niſi videro in manibus eius fixuraȝ clauorum[c] ⁊ mittam digitum meum in locum clauorum[d] ⁊ mittaȝ manum meam in latus ei⁹ nō credā. Et poſt dies octo iterum erāt diſcipuli eius intus[e]: ⁊ thomas cuȝ eis. Uenit Jeſus ianuis clauſis: ⁊ ſtetit ī medio[f]. ⁊ dixit eis. Pax vobis[g]. Deinde dicit Thome: Infer digitum tuum huc[h]: ⁊ vide man⁹ meas[i]: ⁊ affer manum tuam[k]: ⁊ mitte in latus meũ: ⁊ noli eē incredulus: ſed fidelis. Reſpondit thomas: et dixit ei[l]: Dñs meus et deus meus[m]. Dixit ei Jeſus[n]. Qꝛ vidiſti me thoma credidiſti: beati qui non viderunt ⁊ cre

viſu in aſpectu manuũ ⁊ tactu per lateris tactũ ideo ſeqt̄. k Et affer manũ tuā ⁊ noli eſſe incredulus ſed fidelis. hoc dixit ieſus: quia Thomas dixerat diſcipulis nũtiantibus Chriſti reſurrectionem ſe aliter non crediturum eam.

l Rñdit Thomas. nō ſoluȝ corde credendo: ſed etiam ore confitēdo: qꝛ vtrũqȝ requiritur ad ſaluteȝ vt frequenter dictuȝ eſt ſupra.

m Dñs meus et deus meus. In h̃ manifeſte confitetur deitateȝ i xpo contra perfidiam Arriani. Sup̄ enī bene vocauerant ipſuȝ Jeſum dñm ſed non vocabant eum deum expſſe lȝ dixerint aliqua verba p que eius deitas pōt intelligi: vt patuit ex ſupra dictis: ſed thomas factus hic pfectior in cognitiōe poſt xpi reſurrectionē manifeſtatā ꝯfeſſus eſt ipm deũ eſſe. n Dicit ei ieſus qꝛ vidiſti me thoma credidiſti. Cōtrariũ vr̄ p hoc qđ dr̄ ad hebre. xj. cap. Fides eſt ſubſtantia reꝝ ſperandaꝝ argumentũ nō apparētiũ: ⁊ ſic pȝ ꝙ fides ſaltē quātũ ad actũ nō pōt eſſe de viſis. Utꝝ aũt poſſit eſſe de eis quātũ ad habituȝ non eſt pñtis ſpeculatōis. Dicendũ ꝙ thomas aliud vidit ⁊ aliud credidit: qꝛ humanitatē vidit: deitatē que in pñti videri nō pōt credidit.

o Bti q ñ viderũt ⁊ crediderũt. i h̃ cōmēdat alioꝝ pmptitudinē ad vidēdũ: ⁊ in hoc ſtat cōſolatio noſtra q non vidimus ⁊ tñ credimus p doctrinam xpi: ⁊ aploꝝ xpm videntiuȝ ad nos deriuatũ. Sȝ huic dcō videt̄ ꝯtrariũ ꝙ Luc. x. c. dr̄ Beati oculi q vident q̄ vos videtis. Dicendũ ꝙ duplex eſt beatitudo: Una rei q̄ cōſiſtit pncipaliter in aſpectu ⁊ fruitiōe deitatis: ⁊ ex ꝯñti i viſione humanitatis xpi: vt dcm̃ eſt cap. x. Et d̄ hac beatitudine intelligit̄ verbũ Luce. Alia eſt beatitudo ſpei: q̄ hr̄ in pñti. ⁊ cōſiſtit in merito future beatitudinis: ⁊ iō beatior ē h̃ mō q plus meret̄. Plus aũt meret̄ q credit nō videns: q̄ȝ vidēs predicto mō: ⁊ ſic intelligit̄ verbũ xpi q

non viderunt. hoc aũt dictuȝ licet ſit verum tñ q̃ztum ad primã ptẽ nõ valet ad propoſituȝ: qꝛ appoſtoli qbus xp̃s loquebatur luce. x. capi. intelligitur de viſione xp̃i in preſenti a mortali: q̃ fuit multũ deſiderata a ſanctis patribꝰ veteris teſtĩ: ſicut pȝ p lr̃aȝ ſequẽteȝ Luce. x. c.

a Multa quideȝ. Hic ponitur epilogatio reſpectu predictoꝝ: in quo oſtẽditur inſufficiẽtia huiꝰ ſcripture reſpectu excellentie

diderunt[a]. Multa quidem ⁊ alia ſigna fecit ieſus i conſpectu diſcipulorum ſuorum[b]: que nõ ſunt ſcripta ĩ libro hoc.

xp̃i in opere ⁊ doctrĩa q̃ tãta ẽ ꝙ nõ poſſit litteris cõprehendi ⁊ hoc eſt qđ dĩ. a Multa quidem ⁊ alia ſigna fecit ieſus ⁊c̃. hoc ſignãter dixit ne aliqs forte crederet ea nõ eſſe vera que ſunt ab alijs euãgeliſtis ⁊ a Joãne dimiſſa. oſtẽditur ẽt in hec epilogatione vtilitas huius doctrine cũ ſubdiř. b Hec aũt ſcripta ſunt vt credatis. fide formata charitate. c Qđ ieſus eſt filius dei. ſ. nãlis in potẽtia ſibi equalis ⁊ p eq̃lis ⁊ p ꝯñs idẽ in deitate: qꝛ nã dĩna eſt indiuiſibilis ſicut enĩ fuit dictũ a pͥncipio pͥncipalis ĩtẽtio Joãnis ẽ ĩ h̃ euãgelio declarare dĩnitatẽ xp̃i ⁊ eternã eiꝰ gnãtionẽ a p̃re. d Ut credẽteſ vitã hẽatis. ſ. eťnã: ĩ q̃ clare videbiř qđ nũc crediř. e In noĩe eiꝰ. i. p fidẽ noĩs xp̃i qꝛ ꝺm ꝙ dĩ act. iiij. c. Neq̃ȝ. n. aliđ nomẽ ẽ ſub celo datũ hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri.

## Expoſitio moralis.

¶ Cũ ſero eẽt factũ ĩ die illa ſeqř: venit ieſus ⁊ ſtetit ĩ medio diſcipuloꝝ ⁊c̃. p ieſuȝ q ſalus ĩterpretabař p̃latꝰ bonꝰ ȝelũ ſalutis aĩaꝝ hñs ſignificař: q ſaluãs clauſurã v̾tutũ ad ſ̾bditos ĩgrediř ⁊ ſtat ĩ medio v̾tutis ad dãdũ eis exẽplũ. Et ĩ medio debita affectiõis ſine acceptiõe pſonarũ. ⁊ ſic dicit eis bis. Pax vobis: optãdo eiſ ⁊ p q̃ztum poteſt pacem dupliceȝ: ſcilicet fraternã ⁊ ſupernam: Et oſtendit eis manus ideſt opera virtuoſa. Et latꝰ ideſt vere charitatis ſigna. Et dicit eis. Accipite ſpiritum ſanctuȝ illos ad ordines ſacros promouẽdo qui ſunt idonei ad laborem ſalutis animaruȝ ideo ſubditur Quorum remiſeritis peccata ⁊c̃. Thomas autẽ vnꝰ de duodecim ⁊c̃. ſequitur: Ille autem dixit eis niſi videro ⁊c̃. per iſtum q̃ztum ad hoc ſignificantur illi qui bonitatem vel poteſtatem prelati ab alijs auditam credere nolunt niſi habeãt propriam experientiam: propter hoc reprehẽdendi ſunt nam in talibus credendum eſt teſtimonio bonoruȝ. propter qđ ſubditur. Beati q non viderũt ⁊ crediderunt.

Hec autem ſcripta ſũt: vt credatis: quia ieſus eſt filius dei[c]. Et vt credentes vitaȝ habeatis[d] in nomine eius[e].

Queſtio. Alexandri de Ales in tertio ſententiarum. Infer digitum tuum huc et vide manꝰ meas: ⁊ mitte in latus meum: ⁊ noli eſſe incredulus ſed fidelis. Joannis. xx capi. Super quibus verbis de cicatricibus que in carne chriſti apparuerunt talis mouetur queſtio. Utrum eas tetigerit thomas. Dicunt enim quidam ꝙ non tetigit illas: ſed ſuffecit ei ꝙ dominus oſtendit ſibi illas. ⁊ obtulit palpandas: ⁊ ad hoc etiam inducunt ꝙ in penultimo Joãnis nõ dĩ: qꝛ tetigiſti me thoma credidiſti ſed qꝛ vidiſti me ⁊c̃. ergo videtur ꝙ viderit tñ ⁊ non tetigerit. Sed contra Leo. papa: Quis dubitet a mortuis rediſſe ſaluatorẽ cuius preſentia agnouit oculus attractauit manus: digitus perſcrutatus eſt. Ex quo vĩ ꝙ tetigerit: ⁊ ſi hoc reddit qđ quare dĩ qꝛ vidiſti ⁊ nõ qꝛ tetigiſti. Rñſio: Dicimꝰ ꝙ Thomas ⁊ vidit ⁊ tetigit: ſȝ ad ſuã fidẽ ſuffecit eius videre: q̃ȝ cito. n. vidit credit. Unde de ipſo dĩ qꝛ vidiſti ⁊c̃. qꝛ in viſu fuit pͥmũ ⁊ ſufficiẽs motiuuȝ ad credendũ: Quia aũt nos poſſemꝰ de eo dubitare: qꝛ crediderat in viſu tñ: iđ tetigit vt nos crederemus ſibi: ergo vidit ſoluȝ cicatrices: nobis autem non ſolũ vidit. ſed ⁊ tetigit. vt nullatenus dubitemꝰ. Unde Leo papa. Thomas cũ eſſet ſanctus ⁊ fidelis nõ dubitauit ſed vt oẽm ſuſpitionem in credulitatis a nobis excluderet ſuffecit ad ſidem propriam vidiſſe ꝙ viderat: ſed nobis operatus eſt vt tangeret quem videbat ⁊c̃.

Finis

Euangelia quadrageſime cum epl'is ⁊ expoſitionibus ⁊ moralitatibus Nicolai de lyra: nec non ⁊ queſtionib⁹ fratris Antonij Betontini emendata ⁊ correcta p venerabilē mg'rm Nicolaū de Mutina ordinis minoruʒ ſacre theologie doctorem. Impreſſum venecijs per Joannem Emericum de Spira alemanuʒ Anno ſalutis. M.cccc.xciiij. octauo kal'as Junias.

Regiſtrum iſtius libri.

a b c d e f g h i k l m n o omnes ſunt quaterni p que eſt ternus.

BIBLIOTECA MARÉS

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001961188

8au.
DIPUTACIÓ DE BARCELONA
Biblioteca de Catalunya
Reg. 478.510
Sig.
Mar 262-8°-